


BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XII PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE IOHANNE MERCATI

S. GEORGII IN VELABRO CARD. DIACONO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO ET SCRINIARIO

CODICES COPTICI

VATICANI BARBERINIANI BORGIANI ROSSIANI

TOMI II PARS PRIOR

CODICES BARBERINIANI ORIENTALES 2 ET 17

BORGIANI COPTICI 1-108

RECENSVIT

ARNOLDVS VAN LANTSCHOOT

CANONICVS REGVLARIS PRAEMONSTRATENSIS

BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR



IN BIBLIOTHECA VATICANA

MCMXLVII

CATALOGHI DI MANOSCRITTI

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANUSCRIPTI RECENSITI

IUSSU LEONIS XIII PII X BENEDICTI XV PII XI PII XII PONT. MAX. *

Codices Vaticani latini. Recensuerunt **Marcus Vattasso** et **Pius Franchi de' Cavalieri**... Tomus I. Codices 1-678. 1902. pp. xv, 586.

Codices Vaticani latini. Tomus II, pars prior. Codices 679-1134, recensuit **Augustus Pelzer**... 1931. pp. xxxiv, 775. — **Appendix** (index nominum et rerum, initia operum) ad tomi II partem priorem, qua codices 679-1134 enarraverat, addidit **Augustus Pelzer**... 1933, p. viii, 356.

Codices Vaticani latini. Tomus III. Codd. 1461-2059, recensuit **Bartholomaeus Nogara**... 1912. pp. xvi, 498 [1].

Codices Vaticani latini. Codices 9852-10300, recensuerunt **Marcus Vattasso** et **Henricus Carusi**... 1914. pp. vii, 800 [1].

Codices Vaticani latini. Codices 10301 10700, recensuerunt **Marcus Vattasso** et **Henricus Carusi**... 1920. pp. viii, 778 [1].

Codices Vaticani graeci, recensuerunt **Iohannes Mercati**... et **Pius Franchi de' Cavalieri**... Tomus I. Codices 1-329. 1923. pp. xxxix, 543.

Codices Vaticani graeci. Tomus II. Codices 330-603, recensuit **Robertus Devreesse**... 1937. pp. xviii. 619.

Codices Palatini latini Bibliothecae Vaticanae descripti... Recensuit et digessit **Henricus Stevenson iunior**, recognovit **I. B. De Rossi**... Praeit Commentatio **I. B. De Rossi** de origine, historia, indicibus Scrinii et Bibliothecae Sedis apostolicae. Tomus I. 1881. pp. [8] cxxxii, 327 [2].

Codices manuscripti Palatini graeci Bibliothecae Vaticanae descripti. Recensuit et digessit **Henricus Stevenson senior**.. 1885. pp. xxxviii, 336.

Codices Urbinates latini, recensuit **Cosimus Stornajolo**... Tomus I. Codices 1-500. Accedit appendix ad descriptionem picturarum. 1902. pp. xxiii, 650, 1 tav. doppia (facs.).

Codices Urbinates latini, recensuit **Cosimus Stornajolo**... Tomus II. Codices 501-1000. 1912. pp. [4], 750.

Codices Urbinates latini, recensuit **Cosimus Stornajolo**... Tomus III. Codices 1001-1779. 1921. pp. xl, lxxi, 833 [1].

Codices Urbinates graeci Bibliothecae Vaticanae descripti... Recensuit **Cosimus Stornajolo**... Accedit Index vetus bibliothecae Urbinatis nunc primum editus. 1895, pp. ccii, 354.

Codices Reginenses latini. Codices 1-250, recensuit **Andreas Wilmart**... 1937. pp. xviii, 846.

Codices Reginenses latini. Cod. 251-500, recensuit **Andreas Wilmart**... 1945. pp. viii, 991.

Codices manuscripti graeci Reginae Suecorum et Pii PP. II Bibliothecae Vaticanae descripti... Recensuit et digessit **Henricus Stevenson senior**... 1888. pp. xii. [1], 247.

I codici Capponiani della Biblioteca Vaticana, descritti da **Giuseppe Salvo Cozzo**... 1897. pp. xix, 486.

Codices manuscripti graeci Ottoboniani Bibliothecae Vaticanae descripti... Recensuerunt **E. Feron** et **F. Battaglini**... 1893. pp. lxiii, 303 [1].

Codices graeci Chisiani et Borgiani, recensuit **Pius Franchi de' Cavalieri**... 1927. pp. xviii [1], 165.

Codices Ferrajoli. Tomus I. Codices 1-425, recensuit **Franciscus Aloisius Berra**... 19_9. p. [4], 898.

Codices aethiopici Vaticani et Borgiani, Barberinianus 2 Rossianus 865, recensuerunt **Silvanus Grébaut**... et **Eugenius Tisserant**... Pars prior. Enarratio codicum. 1935. pp. xix-863. — Pars posterior. Prolegomena, indices, tabulae. 1936. pp. 131 [2]. 20 tav. (facs.).

Codices armeni Bybliothecae Vaticanae Borgiani Vaticani Barberiniani Chisiani, schedis **Frederici Cornwallis Conybeare** adhibitis recensuit **Eugenius Tisserant**... 1927. pp xix, 395.

Codices coptici Bibliothecae Vaticanae, recensuerunt **Adulphus Hebbelynck**... et **Arnoldus van Lantschoot**... Pars prima. Codices coptici Vaticani... 1937. pp. xxxiv, 698.

* Il titolo della serie varia lievemente nei diversi volumi.

BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XII PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE IOHANNE MERCATI

S. GEORGII IN VELABRO CARD. DIACONO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

ET SCRINIARIO

CODICES COPTICI
VATICANI BARBERINIANI BORGIANI ROSSIANI

TOMI II PARS PRIOR

CODICES BARBERINIANI ORIENTALES 2 ET 17
BORGIANI COPTICI 1-108

RECENSVIT
ARNOLDVS VAN LANTSCHOOT
CANONICVS REGVLARIS PRAEMONSTRATENSIS
BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR



IN BIBLIOTHECA VATICANA
MCMXLVII

EDI LICET:

E Civitate Vaticana, die 20 mensis maii an. 1947.

† Fr. A. C. De ROMANIS, Ep. Porphyriensis.
Vic. Gen. Civitatis Vaticanae

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

PIO · XII

PONTIFICI · MAXIMO

SACRVM

PRAEFATIO

Codices in hac voluminis parte priore descripti Barberiniani orientales 2 et 17 cum ceteris codicibus Barberinianis in Bibliothecam Vaticanam anno 1902 migraverunt. Eodem anno, codices Borgiani coptici, quorum pars, codices 1-108, hic excutitur, in Vaticanum advecti sunt.

Codices Borgianos a Stephano cardinali Borgia (1731-1804) nomen accepisse, in praefatione tomo primo catalogi praeposita iam dictum est. Non omnes quidem codices quos hodie vocant Borgianos, sed tantum partem, in Museo suo Veliterno (Velletri) collegit Eminentissimus cardinalis saeculo XVIII ad finem vergente. His codicibus, die 6 aprilis anni 1805 e palatio Altemps (Romae), in quo commoratus erat Stephanus cardinalis Borgia, in Collegium de propaganda Fide translatis, aggregati sunt alii codices coptici in eodem Collegio praesertim a Raphaele Tuki iam collecti. Qui, decurrente saeculo XVIII, non paucos codices aut acquisivit aut descripsit denique dedit Collegio, cuius fuerat alumnus. Ad memoriam autem munificentiae Eminentissimi cardinalis, nomen Musei Borgiani postea toti Museo Collegii Urbani inditum est omnesque codices ibidem asservati, tum Veliterni, tum alii, nuncupati sunt Borgiani.

Amplam commentationem de codicum Borgianorum copticorum origine et vicibus opportunum duximus in alteram voluminis partem reicere, in qua ceteri codices Borgiani coptici, fere omnes Veliterni, ordine narrabuntur.

Leges quas in recensendis codicibus servare studuimus, tomi primi praefationem paginis XXV-XXIX excipiunt neque hic iterantur praeter elementa coptica et arabica atque artis typographicae signa sic in paginis XXVIII et XXIX relata:

IV. Litteras copticas hoc modo transcribimus: ⲁ = a, ⲃ = b, ⲅ = g, ⲇ = d, ⲉ = e, ⲍ = z, ⲏ = ē, ⲑ = th, ⲓ = i, ⲕ = k, ⲗ = l, ⲙ = m, ⲛ = n, ⲝ = x, ⲟ = o, ⲡ = p, ⲣ = r, ⲥ = s, ⲧ = t, ⲩ = u, ⲫ = ph, ⲭ = kh, ⲯ = ps, ⲱ = ō, ϣ = š, ϥ = f, ϧ = ẖ, ϩ = ḥ, ϫ = ğ, ϭ = č, ϯ = ti;

litteras autem arabicas: ا = ' (initio vocis omisso), ب = b, ت = t, ث = ṯ, ج = ǧ, ح = ḥ, خ = ḫ, د = d, ذ = ḏ, ر = r, ز = z, س = s, ش = š, ص = ṣ, ض = ḍ, ط = ṭ, ظ = ẓ, ع = ʻ, غ = ġ, ف = f, ق = q, ك = k, ل = l, م = m, ن = n, ه = h, و = w, ى = y vel i.

V. Uncis includimus ( ) lunatis, quae ad solutionem compendiorum addimus,
[ ] quadratis, quae, in codice effluxa, restituimus,
⟨ ⟩ angulatis, quae supplevimus ad rectam textus intelligentiam, nisi aliter notetur,
{ } undulatis, quae a librario perperam scripta ideoque expungenda.

Restat, ut grato fungar officio iis viris gratias quam maximas agendi, qui huic labori faverunt: Eminentissimo Iohanni Mercati, S. R. E. cardinali bibliothecario et scriniario, Reverendissimo Anselmo Albareda, O. S. B., Bibliothecae Vaticanae praefecto, et Augusto Pelzer, collegae et amico, qui plagulas mecum benigne perlegit.

Kalendis maiis anno MCMXLVII.

IN MEMORIAM

(Adolphe Hebbelynck 1859-1939)

Ce m'est un devoir, au début du tome II de ce catalogue, de rappeler le souvenir du savant et de l'homme de bien que fut Monseigneur Adolphe Hebbelynck, Protonotaire apostolique a. i. p., Recteur émérite de l'Université de Louvain, décédé à Rome le 11 janvier 1939, alors qu'il corrigeait les épreuves des pages 57-64 de ce volume.

Monseigneur Hebbelynck naquit en Belgique, au village de Meirelbeke, le 2 octobre 1859. Après de fortes études au collège Sainte-Barbe à Gand, au petit séminaire de Saint-Nicolas et au grand séminaire de Gand, il s'immatricula à la Faculté de théologie de l'Université de Louvain en octobre 1881; six ans plus tard, il y conquit brillamment le grade de Docteur et maître en théologie avec une dissertation sur l'autorité historique du Livre de Daniel.

Nommé d'abord professeur et bibliothécaire au grand séminaire de Gand, on le retrouve, en 1890, à l'Université de Louvain, dans la chaire d'égyptologie à l'École d'études supérieures libres, et dans celle de patrologie à la Faculté de théologie.

Pendant cette même année académique, le professeur redevint élève. Initiateur des études coptes en Belgique, et désirant se perfectionner dans la connaissance de la langue égyptienne aux différents stades de son évolution — domaine linguistique dans lequel il s'était engagé, sans doute à l'instigation de Monseigneur Charles de Harlez —, Adolphe Hebbelynck passa plusieurs mois à Paris, à l'école d'Eugène Revillout et de Gaston Maspero.

Mais une charge bien lourde attendait le jeune professeur: celle de Recteur Magnifique de l'Université de Louvain, charge vacante à la mort de Monseigneur Jean-Baptiste Abbeloos (1898), dont il était l'assesseur depuis une année. Il l'occupa jusqu'en 1909, lorsque sa santé, plutôt délicate, l'amena à demander son admission à la retraite.

Cependant les soucis administratifs du rectorat ne purent l'arracher totalement à ses études préférées. En 1900-1901, il publie dans Le Muséon, *le texte sahidique du ms. Huntington 393 de la Bibliothèque Bodléienne, avec traduction et commentaire, sous le titre:* Les mystères des lettres grecques.

Dix ans s'écouleront avant que paraisse un nouveau travail ressortissant au domaine copte. Fixé à Rome depuis novembre 1910, Monseigneur Hebbelynck s'était consacré tout entier à l'étude des mss. coptes de la Bibliothèque Vaticane et bientôt le préfet de la Bibliothèque, le R. P. François Ehrle, S. I., l'invita à entreprendre le nouveau catalogue du fonds copte. Monseigneur Hebbelynck ne recula pas devant cette tâche et, comme travail préliminaire, il s'adonna tout d'abord à la recherche des compléments des manuscrits ayant appartenu au cardinal Étienne Borgia, compléments dispersés dans différentes bibliothèques d'Europe. Le résultat de ces investigations, Les manuscrits coptes sahidiques du « Monastère Blanc ». Recherches sur les fragments complémentaires de la collection Borgia, *vit le jour dans* Le Muséon *en 1911-1912.*

Après la guerre de 1914-1918, qu'il passa en Belgique, il fit paraître, en 1924, un nouveau travail d'approche: Inventaire sommaire des manuscrits coptes de la Bibliothèque Vaticane, *dans les* Miscellanea Francesco Ehrle (Studi e Testi, *fasc.* 41).

J'eus l'honneur d'être associé, sur sa demande, à la confection du catalogue, en 1929; le premier volume fut présenté à sa Sainteté le pape Pie XI en mai 1937. Monseigneur Hebbelynck avait alors 78 ans.

Malgré son grand âge et sa santé chancelante, il tint à consacrer ses dernières forces à la continuation du catalogue — admirable exemple de persévérance — et, avant de remettre sa belle âme à Dieu, il eut encore la joie de voir sortir de presse les 56 premières pages de ce volume.

CONSPECTUS VOLUMINIS

ADDENDA ET EMENDANDA

P. 29, lin. 14, *transfer* كراس *ante* « Liber.
» 38, lin. 1, *pro* trigonii [?] *lege* tripliciter.
» 45, lin. 1, *pro* الاثنى *lege* الاثنين.
» 55, lin. 6 a. fin., verss. ϫⲉⲣⲉ ... ⲡⲓⲉⲧϫⲱⲣϩ ... ⲱ̀ ⲡⲓⲁⲑⲗⲏⲧⲏⲥ efformant doxologiam in quadraginta martyres Sebastenses; cf. cod. Borg. copt. 69, f. 113.
» 61, linn. 14-22, *nota*: emendantur iuxta hic dicta quae enarrata sunt in *Catal.*, t. I, p. 693, de cod. Vat. copt. 103, f. 5.
» 65, lin. 12 a. fin., *lege*: ⁴ (ff. 49ᵛ-50ᵛ).
» 103, lin. 3 a. fin., *lege*: 11ᵛ; Labib, pp. ⲫⲕⲁ-ⲫⲗⲃ, seriem sanctorum variis nominibus auxit).
» 118, lin. 21 *post* praecursor », *adde*: (Vat. 39, f. 81, leviter discrepat; B., p. ⲥⲕⲏ); lin. 22, *post* incolens », *adde*: (Vat. 39, f. 81ᵛ).
» 119, lin. 13 a. fin., *post* quattuor », *adde*: (Vat. 39, f. 82ᵛ); *post* Agnum », *adde*: (Vat. 39, ff. 82ᵛ, 83, inc. ϣⲁⲩⲧⲱⲃϩ).
» 121, lin. 17, *post* bonum », *adde*: (Labib, p. ⲫⲕⲧ).
» 126, lin. 4 a. fin., *post* Deus », *adde*: (Theot., pp. ⲛⲃ, ⲛⲅ); *post* tu », *adde*: (Theot., p. ⲛⲅ).
» 130, lin. 13, *post* collis », *adde*: (R. Tuki, ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ, ‹Romae›, 1736, p. ⲩ·ⲁ).
» 133, lin. 2 a. fin., *post* 299ᵛ, *adde*: ; cod. om. vers. ⲉⲑⲃⲏⲧⲕ ... ⲁⲓ ponitque vers. ⲉⲑⲃ. ... ⲁⲩⲉⲧⲥⲟⲓ ante vers. ⲉⲑⲃ. ... ⲁⲩⲁϣⲧ.
» 147, lin. 4 a. fin., *lege*: diei 19.
» 175, lin. 14, *lege*: Dei? Dum.
» 180, lin. 18, *post* Virginem, *adde*: (Vat. copt. 92, ff. 30ᵛ-32).
» 184, lin. 10 a. fin. *lege*: excerptae; lin. 9 a. fin. *lege*: descriptae.
» 203, lin. 14, *ante* Philotheos, *adde*: Borg. 28, ff. 141-143;.
» 252, lin. 3 a. fin., *post* ⲁⲧⲁⲓⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ, *adde*: cum paralexi ⲁⲗⲁⲩⲓⲗ.
» 255, lin. 14 a. fin., *lege*: Vat. copt. 39.
» 262, lin. 16, *lege*: angelus bonum.
» 263, lin. 17, *ante* T., *adde*: cf. Vat. copt. 39, ff. 192-193;.
» 264, lin. 13, *post* tis », *adde*: (ut Domadios, op. infra laud., p. ⲣⲛⲉ, linn. 2-18); lin. 15 a. fin., *pro* magnum *lege* episcopum *et post* Pater », *adde*: (Domadios, p. ⲥⲟ).
» 278, lin. 13 a. fin., *lege*: ⲉⲑⲙⲉϩ.
» 280, lin. 9 a. fin., *lege*: et 3, 1-6 des. ⲁⲓϩⲱⲣⲡ.
» 282, lin. 2 a. fin., *lege*: ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ ⲕⲉ.
» 283, lin. 3 a. fin., *ante* B., *adde*: Tuki, Theot., p. ⲥⲁ, pro uno sancto;
» 376, lin. 7 a. fin., *lege* f. 124ᵛ.

CODICES BARBERINIANI ORIENTALES

2 (olim 104, dein VI. 31). Saec. XIV, chart., mm. 356 × 263, ff. II, 235, linn. circ. 45 (ff. 3-197) et 37.

Psalterium pentaglotton, i. e. aethiopice, syriace, bohairice, arabice (pro pss. 1-151) et armenice (pro pss. 1-147), necnon cantica ex utroque Testamento cum hymno matutino et symbolo fidei, paucis exceptis tetraglotta, neglecta versione armenica in spatio vacuo relicto. Foliis primigeniis deperditis, duobus post f. 26 et uno post f. 61, alia suffecta sunt anno 1707 (vide infra); solae interpretationes syriaca, coptica et arabica transcriptae sunt in ff. 27, 28, coptica tantum et arabica in f. 62. De ff. 225-234 dicetur in Catalogo codicum Bibliothecae Vaticanae arabicorum; folia illa continent arabice introductionem in librum Psalmorum, in septem capita divisam (cf. G. Graf, *Catalogue de manuscrits arabes chrétiens conservés au Caire*, in *Studi e Testi*, t. 63, in Civitate Vaticana, 1934, cod. 9, p. 4; vide etiam cod. Vat. ar. 83, ff. 167ᵛ-177) necnon excerptum e Carmine morali trigesimo s. Gregorii Nazianzeni et librum directorium pro festis anni coptici, fine mutilum, quem evulgavit F. Nau, *Les ménologes des évangéliaires coptes-arabes*, in *Patrologia orientalis*, t. X, fasc. 2, Lutetiae Parisiorum, 1913, pp. [59], [60].

1 (ff. 3-197) Psalterium. Interpretationi copticae, quae mediam paginarum implet columnam, praemittit librarius invocationem **ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ́**; textum foliorum suppletorum (Pss. 21, 10 [**ⲑⲛⲉ**]**ϫⲓ** - 22, 4 **ⲉϣⲱⲡ** et 46, 10 **ⲗⲁⲟⲥ** - 47, 14 **ⲟⲩⲟϩ**) partim exscripsit Gullielmus Bonjour, ut docent notulae marginales (vide infra); f. 96, Ps. 74, 11 des. **ⲛⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ**; priorem hanc partem, altera in medio relicta, excipit absque intervallo Ps. 77, 68-72; denuntiat ipse librarius hanc textus accessionem notula sequenti, in columna arabica: من هذا الصليب زايد فى النسخة القبطى وهذا (ا ex ه corr.) تفسيره « Inde ab hac cruce (dictioni **ⲟⲩⲟϩ** praemissa quattuorque punctis effecta) adest additamentum in codice coptico, et haec est eius interpretatio »; versio arabica Ps. 77, 68-72, quam exinde descripsit librarius, plane consonat cum textu quem praebet ipse codex f. 104. Iuxta notam psalmi numericam, saepe alia conspicitur nota, atramento exarata, summam stichorum exhibens; ff. 34ᵛ-193ᵛ

(Pss. 28-146), initio tituli aut in fine psalmi nonnunquam legere est ⲇⲟⲝⲁ ⲡⲁⲧⲣⲓ cum nota coptica (ⲑ̅ – ⲛ̅ⲉ̅, paucis in serie omissis aut mendose scriptis).

2 (ff. 197ᵛ-224ᵛ) Cantica utriusque Testamenti cum hymno matutino et symbolo fidei, praemissis invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ et titulo ⲧⲉⲛⲉⲣϩⲏⲧⲥ ϧⲉⲛϯⲃⲟⲏⲑⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲥϧⲉ ⲛ̀ⲛⲓϩⲱⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ « Incipimus auxilio Dei scribere cantica prophetarum ». [1] (ff. 197ᵛ-199ᵛ) Canticum Moysi, Ex. 15, 1-21 iteratis in fine verbis ϫⲉⲙⲁⲣⲉⲛϩⲱⲥ ⲉ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϫⲉϧⲉⲛⲟⲩⲱ̀ⲟⲩ ⲅⲁⲣ ⲁϥϭⲓⲱ̀ⲟⲩ; [2] (ff. 199ᵛ-201) oratio Annae, I Reg. 1, 28 inc. ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉϫⲁⲥ - 2, 10; [3] (ff. 201-202) oratio Isaiae, Is. 26, 9 inc. ⲓⲥϫⲉⲛϫⲱⲣϩ ⲁ̀ⲡⲁⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ - 20; [4] (ff. 202-204ᵛ) oratio Habacuc, Hab. 3, 2-19; [5] (ff. 204ᵛ-210) canticum Moysi alterum, Deut. 32, 1-44 des. ⲛⲉⲛϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̅ⲗ̅ ⲉ̀ⲣⲟⲥ; [6] (ff. 210-217ᵛ) Dan. 3, 25-97, praemisso titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁ̀ⲍⲁⲣⲓⲁⲥ additisque in fine verbis ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϭⲁⲥⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲉⲣⲁⲝⲓⲟ̀ⲓⲛ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϫⲉⲛ̀ⲧⲟⲩϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲉⲛⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲏ ⲉⲧⲭⲏ ϧⲉⲛⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ « et exaltavit eos eosque glorificavit ut essent super Iudaeos omnes qui erant in regno suo (vide LXX) »; [7] (ff. 217ᵛ, 218) canticum B. M. V., Luc. 1, 46-55; [8] (ff. 218ᵛ-221) hymnus matutinus de quo videsis quae retulimus in enarratione cod. Vat. copt. 5 (*Catal.*, t. I, p. 13), solo praemisso titulo ⲙⲁⲣⲉⲛϩⲱⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ϫⲉ « Cantemus cum angelis », quem excipiunt, absque intervallo, sectio ⲁⲣⲓⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟ̀ⲓⲛ (Vat. copt. 5, ff. 207-208, Vat. copt. 36, ff. 266ᵛ-268) et trisagion integre ad Filium directum; [9] (ff. 221-222) symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, absque titulo; [10] (ff. 222-223) oratio Ionae, Ion. 2, 2-11, dum oratio in v. 10 desinit; [11] (ff. 223ᵛ, 224) Luc. 1, 68-79, praemissis, partim charta tectis, invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ et titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ; [12] (f. 224ʳ·ᵛ) Luc. 2, 29-32, praemissis invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ et titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲡⲉⲥⲩⲙⲱⲛ; sequitur oratio Manassae, arabice tantum.

Columella coptica foliorum 3-197ʳ, exceptis ff. 27, 28 et 62 saec. XVIII in. suffectis, unius est librarii praeter paginam cum dimidia (ff. 131ᵛ, 132) ubi ductus apparet scripturae leviter diversus; folia 197ᵛ-224ᵛ triplicem produnt calamum copticum nempe: venustum ff. 197ᵛ-203ʳ, nitidum ff. 203ᵛ-223ʳ, rudem ff. 223ᵛ-224ᵛ; versio coptica in ff. suffectis partim exarata est manu Gullielmi Bonjour (vide infra) partim alia manu; scripturam librarii praecipui vide apud E. Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Bonnae, 1914, tab. 80 (f. 39ᵛ). Ex appendice Psalmo 74, 11, inscite adiecta (f. 96ᵛ) necnon e lineis 1-7 folii 204 cancellatis, deducere fas est copticam columellam ff. 3-223 caeteris esse anteriorem; idem etiam suadet aliarum versionum incertus linearum numerus ita per plagulas varie ordinatus ut, imo margine, eorum textus simul cum coptico exeat; ultima tamen scripta videtur columella media ff. 223ᵛ-224ᵛ, idque ab amanuense tum linguae tum litterae copticae imperito. Columellas

versionum quinque ac margines delineant ductus stilo sicco plagulis rectis aut aversis impressi, quibusdam in paginis etiam scripturae lineas. Folia 3-224, neglectis ff. 225-235 chartae et manus diversae, efficiunt fasciculos viginti tres qui omnes sunt quiniones praeter sextum ff. 9 et ultimum ff. 3. Signati sunt fasciculi imis in marginibus plagularum extremarum notis armenis ա - իբ (ff. 12ᵛ-221ᵛ) nonnunquam partim resectis, syriacis ܟܒ - ܒ (ff. 32ᵛ-202) et copticis ⲁ̅ – ⲕ̅ (ff. 12ᵛ-201ᵛ); deficiunt notae orientales initio fasciculi septimi cuius primum folium recentius est; fasciculorum plagulam initialem distinxit etiam manus occidentalis litteris alphabeti latini *a-z* (ff. 2 [loco 3]-222), imo angulo interno atramento, iam pallido, appositis (iteratur littera *z* f. 223 imo). Notas copticas ⲁ̅ – ⲕ̅ scripsit ipse librarius sub arabica columella (f. 43, sub syriaca) cuius textum pariter exaravit, ut facile eruitur ex usu eiusdem atramenti et minii in ambabus columellis necnon e scriptura vocum arabicarum quosdam titulos copticos comitantium, collata cum scriptura versionis arabicae; notae copticae cursivae, quae conspiciuntur in angulo externo superiore foliorum aversorum (initio codicis quandoque rectorum), quasi informes sunt usque ad f. 141ᵛ (exemplum vide in tabula laudata), deinde compositae. Minio effecta sunt tituli psalmorum et canticorum, animadversio librarii et interpretatio Ps. 77, 68-72, in f. 96ᵛ, vox ⲁⲗⲗⲏ(ⲗⲟⲩⲓⲁ) in fine quorumdam psalmorum, litterae marginales maiores necnon una aliave linea textus in canticis, litterae ⲁ̅ quae inde a Ps. 25, 9, stichos computandi gratia adiectae sunt, numeri sectiones viginti duo Ps. 118 notantes, interpunctionis signa, puncta quae lineolas super voces coarctatas distinguunt aut ductus in fine psalmorum comitantur, demum, ductus cancellationis; minio tactae sunt in canticis litterae marginales minores et, ff. 197ᵛ-202ᵛ, litterae pleraeque versuum initiales, litterae ϕ et ϭ, at parum constanter, littera ϩ in variis plagulis et rarissime littera ϥ. Quaedam paginae minio carent. Primam psalmorum lineam (primam et secundam Ps. 151) exaravit librarius litteris in altum protractis (vide tabulam laudatam), quandoque ornatis et minio tactis; item, sex lineas primas cantici Moysi (f. 197ᵛ), tresque primas lineas orationis Annae (f. 199ᵛ) et orationis Habacuc (f. 202). Fascia f. 3, quae invocationes initiales continet, necnon crux qua in altum producitur pigmentis rubro et croceo fusco decorantur. Ornamentum geometricum quaternis cruculis effectum in f. 2ᵛ, quod recentius est, atramento delineatum est minioque obductum.

F. 197, subscriptio librarii columellam copticam excipiens: كمل بسلام الرب | يا سيد بارك وارحم | واغفر خطايا من | كتب هذا بيده ونيح | نفسه فى هذه الساعة | من اجل عظم رحمتك « Absolutum est; in pace Domini. O Domine, benedic, misericors esto et condona peccata illius qui hoc manu sua scripsit, ac requiescere fac eius animam in hac hora propter magnitudinem misericordiae tuae ». F. 27, in summo mg.: *Columna Coptica huius psalmi xxi. reconcinnata est et exscripta* (*à R. P. Bonjour Gallo ord. s. Augustini;* al. manu in fine notulae additum, signo apposito hunc locum insertionis spectante) *anno Christi 1707.* | *è codice MS. Copto-Arabico annorum 322. optimae notae, quem Petrus à Valle, patriciu*[*s*, littera scripta in f. 29] | *Romanus detulit olim ex Aegypto*; f. 62, in summo mg.: *Columna Coptica psalmi xlvii. reconcinnata est et exscripta anno Christi* | *1707. è codice MS. Copto-Arabico annorum trecentorum viginti duorum* | *Petri à Valle, patricii Romani, a R. P. Bonjour Gallo ord. s. Augustini;* dubium manet utrum is codex antigraphus sit codex Vat. copt. 6 (*Catal.*, t. I, pp. 14-17), qui solus inter codices Bibliothecae Vaticanae psalterium complectentes olim Petri a Valle fuit; iuxta enim notam chronologicam *annorum 322* codex antigraphus scriptus

esset anno 1375; codex autem Vat. copt. 6 absolutus fuit anno 1386. Notae codicis antiquae: f. 3, in charta imo mg. agglutinata, *VI. 31*: summo f. I, *104*; in laterculo anteriore interno, in schedula ornata, *104*, extra schedulam, *1695*. et *VI. 31*. Summo laterculo posteriore interno, inscriptio manu saec. XVII: *Psalmi Cha⟨l⟩daicè, arabicè, armenicè, aethiopicè, et Copticè*. Margines nonnullos foedavit lector litteris aethiopicis incomptis. Charta recentiore firmati sunt margines foliorum haud pauci. Vacant ff. Iv-1r, 2r, 235v. Sigillum Bibliothecae Vaticanae produnt ff. 1, 41 et 234v.

Integumentum e corio rubro confectum exhibet in plagulis externis operculorum lineas deauratas directas et transversas spatium quadratum definientes cuius in medio auro impressae sunt tesserae gentiliciae Francisci card. Barberini, in angulis vero apes tesseras versus pronae; dorsum decorant apes deauratae quattuor gentis Barberinianae crucesque duae Hospitaliorum nigrae, quarum ima super quintam apem cuius vix apparet vestigium. Atramento scriptae sunt in summo dorso nota *31*, in imo dorso nota *VI*.

De historia codicis, qui anno 1635 in monasterio s. Macarii ad desertum Scetense a P. Agathangelo Vindocino emptus et ad Nicolaum Franciscum de Peiresc missus, a piratis raptus est ac Tripolim Barbariae allatus, quem inde redemptum denuoque perditum et iterum recuperatum, anno 1637, Francisco Barberini obtulit Iohannes Paulus Lascaris, hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani magister magnus, videsis quae scripsit Franciscus Nau, *Les ménologes des évangéliaires coptes-arabes*, in *Patrologie orientale*, t. X, fasc. 2, Lutetiae Parisiorum, 1913, pp. [53]-[57].

17 (olim 103, dein VI. 46). An. 1396 (= an. Mart. 1112, cf. f. 270v), chart., mm. 135 × 90, ff. 271, linn. 15.

Horologium, sub titulo **ⲛⲓⲁϫⲡ ⲛ̀ϣⲗⲏⲗ ⲛⲁⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲙⲛⲁⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ** صلوات السواعى النهارية والليلة « Horae precum diurnae et nocturnae », bohairice et arabice, cum paucis rubricis mere arabicis, ac praemissa invocatione **ⲥⲩⲛ ⲑ⟨ⲉ⟩ⲱ** بسم الله « In nomine Dei » quae singulis praeficitur horis; vide dicta ad cod. Vat. copt. 40 (*Catal.*, t. I, pp. 211-213) a quo codex tum in sectionum delectu tum in ipso textu utrique communi non raro discrepat. Prae caeteris laudamus R. Tuki, **ⲟⲩϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲉⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛⲉⲙⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ ⲛ̀ⲍ̅** (= T.), Romae, 1750, et O. H. E. Burmester, *The canonical hours of the Coptic Church* (= Burm.), in ephemeride *Orientalia christiana periodica*, t. II, Romae, 1936, pp. 78-100, qui excerpta allata anglice vertit.

1 (ff. 3-50v) Mane, sub titulo **ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉϣⲱⲣⲡ** صلاة باكر « Oratio matutina ». Orditur hora precibus (ff. 3-11v) unicuique horae liturgicae praemittendis: **ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ** « Venite », Eph. 4, 1-6, prima parte ultimi versiculi in fidei professionem ss. Trinitatis producta, et Ps. 50 (T., pp. **ⲓ̅ⲁ̅-ⲓ̅ⲑ̅**, praebet insuper ' In nomine ', ' Gloria ', ' Fac nos dignos ' et ' Gratias agamus '; cf. etiam Burm., p. 89). ¹ (ff. 11v-41v) Pss. 1-6, 10-12, 14, 15, 18

(T., pp. ⲕ̅-ⲙ̅ⲏ̅, Burm., p. 90, coll. notis 1 et 2; codex, uti cod. Vat. copt. 40, omittit lectiones e N. T. desumptas); [2] (ff. 42-47) psallia ⲡⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲁ-ⲫⲙⲏⲓ « Lux vera », tono Adam (T., pp. ⲟ̅ⲗ̅-ⲟ̅ⲑ̅, Burm., p. 90); [3] (ff. 47-49) praemissa rubrica de recitandis hymno angelico, trisagio, oratione dominica, symbolo fidei et quinquagies ' Kyrie eleison ', absolutio ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲓϫⲟⲙ « Domine, Deus virtutum » (T., pp. ⲟ̅ⲑ̅-ⲡ̅ⲁ̅, Burm., pp. 90, 91); [4] (ff. 49-50ᵛ) alia absolutio ⲫⲏ ⲉⲑⲟⲩⲱⲣⲡ « Qui mittis » (T., pp. ⲡ̅ⲁ̅, ⲡ̅ⲃ̅, Burm., p. 91, not. 2); [5] (f. 50ᵛ) horae conclusio ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ « Domine, miserere nostri » (T., p. ⲡ̅ⲉ̅, Burm., p. 98; cod. om. orationem ⲟ ⲉⲛ ⲡⲁⲛⲧⲓ quam habet T., pp. ⲡ̅ⲅ̅-ⲡ̅ⲉ̅).

2 (ff. 51-95ᵛ) Hora tertia, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲭⲡ̅ⲅ̅ صلاة الساعة الثالثة « Oratio horae tertiae ». [1] (ff. 51-88) Praemisso monito de hora incipienda ut mane, Pss. 19, 22, 23, 25, 28, 29, 33, 40, 42, 44-46, (T., pp. ⲡ̅ⲉ̅-ⲣ̅ⲕ̅ⲑ̅, Burm., p. 91); [2] (ff. 88-91) troparion ⲡⲉⲕⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ « Spiritus sanctus tuus » (T., pp. ⲣ̅ⲗ̅ⲃ̅-ⲣ̅ⲗ̅ⲉ̅, Burm., p. 91; ultimam troparii sectionem [item in sequentibus] laudat Burm. sub titulo « Theotokion »); lector minio signavit in mg. versum ⲡⲓⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ iterandum esse in fine versus ⲫⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲟⲗϥ et versus ⲟⲩϩⲏⲧ ⲉϥⲟⲩⲁⲃ (cf. infra cod. Borg. copt. 11, ff. 76-77); [3] (ff. 91ᵛ-93) praemissa rubrica ' Dic trisagion et Pater noster, deinde dic ', troparion ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲉⲡⲟⲩⲣⲁⲛⲓⲟⲛ « Rex caelestis » (T., pp. ⲣ̅ⲗ̅ⲉ̅-ⲣ̅ⲗ̅ⲍ̅, Burm., p. 91); [4] (ff. 93-95ᵛ) praemisso monito de dicendo ' Kyrie eleison ' quinquagies, absolutio ⲫϯ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲉⲧϣⲉⲛϩⲏⲧ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Deus omnis misericordiae » (T., pp. ⲣ̅ⲗ̅ⲍ̅-ⲣ̅ⲙ̅, Burm., p. 91); [5] (f. 95ᵛ) horae conclusio ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ solum initium (vide supra).

3 (ff. 96-133ᵛ) Hora sexta, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲭⲡ̅ⲋ̅ صلاة الساعة السادسة « Oratio horae sextae ». [1] (ff. 96-124ᵛ) Praemisso monito de hora incipienda ut mane, Pss. 53, 56, 60, 62, 66, 69, 83-86, 90, 92 (T., pp. ⲣ̅ⲙ̅ⲁ̅-ⲣ̅ⲟ̅, habet insuper Ps. 54, Burm., p. 92, ut cod.); [2] (ff. 124ᵛ-128ᵛ) troparion ⲱ ⲫⲏ ⲉⲧⲁⲕⲉⲛⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲁϩ̅ⲋ̅ « O qui feria sexta » (T., pp. ⲣ̅ⲟ̅ⲗ̅-ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅, Burm., pp. 84-86 et 92); [3] (ff. 128ᵛ-130ᵛ) praemissa rubrica ' Dic trisagion et Pater noster, deinde dic ', troparion ⲁⲕⲓⲣⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲟⲩϫⲁⲓ « Fecisti salutem » (T., pp. ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅-ⲣ̅ⲡ̅ⲁ̅, Burm., pp. 86, 87 et 92); [4] (ff. 130ᵛ-133ᵛ) praemissa rubrica de dicendis symbolo fidei et quinquagies ' Kyrie eleison ', absolutio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus » (T., pp. ⲣ̅ⲡ̅ⲁ̅-ⲣ̅ⲡ̅ⲗ̅, Burm., p. 92); [5] (f. 133ᵛ) horae conclusio ut f. 50ᵛ.

4 (ff. 134-170) Hora nona, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲭⲡ̅ⲑ̅ϯ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϩⲟⲟⲩ صلاة الساعة التاسعة من النهار « Oratio horae nonae diurnae ».

¹ (ff. 134-160ᵛ) Pss. 95-100, 109-112, 114, 115 (T., pp. ρπε-ϲθ, Burm., p. 93); ² (ff. 161-164ᵛ) troparion ὠ ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥϫⲉⲙϯⲡⲓ « O qui gustasti » (T., pp. ϲιⲩ-ϲιⲍ, Burm., p. 93); ³ (ff. 164ᵛ-167) praemissa rubrica ‘ Dic trisagion et Pater noster, deinde dic ’, troparion ⲉⲧⲁϥⲛⲁⲩ ⲛ̀ϫⲉⲡⲓⲥⲟⲛⲓ « Cum conspexerat latro » (T., pp. ϲιⲍ - ϲιθ, Burm., p. 93); ⁴ (ff. 167ᵛ-170) praemissa rubrica de dicendo ‘ Kyrie eleison ’ quinquagies, absolutio ⲫϯ ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲟ͞ⲥ « Deus, pater Domini nostri » (T., pp. ϲⲕ-ϲⲕⲃ, Burm., p. 93); ⁵ (f. 170) horae conclusio ut f. 50ᵛ.

5 (ff. 170ᵛ-195) Hora undecima, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲭⲡⲓ͞ⲁ صلاة الحادية عشر « Oratio horae undecimae ». ¹ (ff. 170ᵛ-193) Pss. 116, 117, 119-128 (T., pp. ϲⲕⲩ - ϲⲙ͞ⲁ, Burm., p. 93); ² (ff. 193-195) praemissa rubrica de dicendis ‘ Dignare, Domine ’, trisagio, symbolo fidei et quinquagies ‘ Kyrie eleison ’, absolutio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ « Gratias agimus » (T., pp. ϲⲛⲉ - ϲⲛⲍ, Burm., p. 94; cod. om. troparia et absolutionem ⲡⲁ͞ⲟⲥ [T., pp. ϲⲙⲍ - ϲⲛⲉ, Burm., pp. 93, 94]).

6 (ff. 195ᵛ-223ᵛ) Ad somnum, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϩⲓⲛⲓⲙ صلاة النوم « Oratio somni ». ¹ (ff. 195ᵛ-221) Praemisso monito de hora incipienda more consueto, Pss. 129-133, 136, 137, 140, 141, 145-147 (T., pp. ϲⲛⲏ - ϲⲡⲃ, Burm., p. 95); ² (ff. 221-223ᵛ) praemissa rubrica de dicendis ‘ Dignare, Domine ’, trisagio, ‘ Pater noster ’, symbolo fidei et quinquagies ‘ Kyrie eleison ’, absolutio ⲫⲛⲏⲃ ⲡ͞ⲟⲥ ⲓ͞ⲏⲥ ⲡ͞ⲭⲥ « Domine, Domine Iesu Christe » (T., pp. ⲧⲁ-ⲧⲩ, Burm., pp. 95, 96; cod. om. orationem Isaiae, troparia et absolutionem ⲡ͞ⲟⲥ ⲛⲏ ⲧⲏⲣⲟⲩ [T., pp. ϲⲡⲏ-ⲧⲁ, ⲧⲩ-ⲧⲉ, Burm., p. 95]).

7 (ff. 224-270ᵛ) Media nocte, sub titulo ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲫⲁϣⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲉ̀ϫⲱⲣϩ صلاة نصف الليل « Oratio mediae noctis ». ¹ (ff. 224-259ᵛ) Praemisso monito de hora incipienda pro more, Ps. 118, cuius viginti duo sectiones, notis destitutae, signantur linea initiali rubra (T., pp. ⲧⲓⲩ-ⲧⲙⲉ, Burm., p. 96); ² (ff. 260-263) troparion ϩⲏⲡⲡⲉ ⲓⲥⲡⲓⲡⲁⲧϣⲉⲗⲉⲧ « Ecce sponsus » (T., pp. ⲧⲛ-ⲧⲛⲩ, Burm., p. 96); ³ (f. 263) rubrica de dicendis ‘ Rex caelestis ’, quinquagies ‘ Kyrie eleison ’, trisagio ac oratione dominica (T., p. ⲧⲛⲩ, Burm., p. 96); ⁴ (ff. 263-265ᵛ) praemisso monito de recitandis pss. vespertinis, troparion ⲙⲟⲓ ⲛⲏⲓ ⲡ͞ⲟⲥ « Da mihi, Domine » (T., pp. ⲧⲛⲩ, ⲧⲛⲏ-ⲧⲝⲁ, Burm., pp. 96, 97); ⁵ (ff. 265ᵛ, 266) rubrica de dicendis ‘ O rex ’, quinquagies ‘ Kyrie eleison ’, trisagio et oratione dominica (T., p. ⲧⲝⲁ, Burm., p. 97); ⁶ (ff. 266-268) praemisso monito de recitandis pss. orationis somni, troparion ϧⲉⲛⲟⲩⲃⲁⲗ ⲛ̀ⲛⲁⲏⲧ « Oculo mise-

ricorde » (T., pp. ⲧⲝⲉ - ⲧⲝⲏ, Burm., p. 97; troparion in cod. excipit initium troparii ⲱ̀ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ' O rex '); [7] (ff. 268-270v) absolutio ⲫⲛⲏⲃ ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ ⲡ̄ⲭ̄ⲥ̄ « Domine, Domine Iesu Christe » (T. pp. ⲧⲡ-ⲧⲡⲃ; om. codex orationes Ezechiae, ' Memento, Domine ' et Simeonis stylitae [T., pp. ⲧⲝⲑ - ⲧⲟⲏ; Burm., p. 97, insuper habet orationem s. Ephraemi variasque preces]).

Emendationes nonnullae occurrunt in codice partim ab ipso librario effectae.

Ductus chartae impressi definiunt margines, singulas scripturae copticae lineas a parte superiore necnon columellas textui arabico servatas. Complectitur codex: quinionis ⲁ̄ folia novem (ff. 1-9, ⲃ̄–ⲓ̄), quiniones ⲃ̄–ⲕ̄ⲋ̄ (ff. 10-269, ⲓ̄ⲁ̄ – ⲥ̄ⲟ̄) et ff. duo prima fasciculi ⲕ̄ⲏ̄ (ff. 270, [ⲥ̄ⲟ̄ⲁ̄], 271, [ⲥ̄ⲟ̄ⲃ̄]); notae ff. copticae appositae sunt plagulis aversis in summo angulo externo, fasciculorum autem notae plagulis ultimis in summo ang. interno, plagulis primis in utroque angulo summo; hasce plagulas extremas distinguit ornamentum variae formae (ita tamen ut in pagina recta idem sit ac in pagina aversa praecedenti), lineis inter se innexis delineatum ac pigmentis rubro, flavo (neglecto in ff. 50, 129v) et viridi fusco obductum, inter inscriptiones ⲓ̄ⲥ̄ ⲭ̄ⲥ̄, in folio averso, et ⲩ̄ⲥ̄ ⲑ̄ⲥ̄, in folio recto; plagulae mediae quinionum puncto nigro signatae sunt, pro commodo ut videtur glutinatoris, summo ang. ext. in pagina aversa, imo ang. ext. in pagina recta. Indolem scripturae tum copticae tum arabicae exhibet tabula 79v (ff. 19v, 20) apud Eugenium Tisserant, *Specimina codicum orientalium*, Bonnae, 1914; litteris in altum productis exaravit librarius lineam primam horarum necnon lineas tres primas invitatorii ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ (f. 3) ac primam lineam Ps. 50 (f. 7). F. 2v occupat crux lineis inter se innexis effecta, iisdem pigmentis inducta ac ornamentum quinionum, et circulis inclusa flavi coloris; infra crucem, a parte dextra, inscriptio: عربى القبطى | مقدم وموخر hoc modo, ut videtur, interpretanda: « Praeit textus arabicus (lege العربى ?), sequitur copticus ». Similiter ac crux laudata confectae et ornatae sunt fasciae initio singularum horarum et quaedam litterae initiales. Minio exarata sunt tituli, rubricae, paucis exceptis, linea tertia invitatorii ⲁⲙⲱⲓⲛⲓ, linea prima sectionum Ps. 118, pleraeque litterae initiales maiores, emendationes fere omnes in ff. 7-104 necnon interpunctionis signa; minio tacta sunt litterae marginales communes, sigla ⳥, litterae ⲫ et ⳦ atque ductus super voces coarctatas et notas numericas. Sectiones concludunt lineolae.

F. 270v, subscriptio librarii: كملت هذه الاجبية يوم الثلثا كمال شهر برمودة | سنة ⲁ̄ⲣ̄ⲓ̄ⲃ̄, للشهدا الاطهار الرب | يرحمنا بصلواتهم امين « Absolutum est hoc horologium (voce arabica الاجبية e voce coptica ⲁϫⲡⲓ formata) feria tertia, ultimo die mensis barmūdah anni 1112 Martyrum purorum (= an. D. 1396); Dominus misereatur nostri per preces eorum. Amen ». Notae lectorum: f. 1, بسم الله الرحمن الرحيم وهو حسبى | لما كان بتاريخ يوم الثلاث المبارك عشا | كان مولد الولد « In nomine Dei miserantis misericordis; ipse est sufficientia mea. Cum fuit in epocha feriae tertiae benedictae, vespere, natus est puer » (lineis secunda et tertia cancellatis partimque infra rescriptis); اذكر يا رب عبدك الخاطى المسكين الحقير الغا[رق] | فى بحار الخطايا والذنوب الذى لا يستحق ان يد[عى] | بالاسم كاهن بطرس الرب يغفر له خطاياه | ومن قال شيا فله امثاله بشفاعة العذ[رى] « Memento, Domine, servi tui peccatoris, pauperis, miseri,

immersi maribus peccatorum et culparum, qui dignus non est ut vocetur nomine sacerdotis, Petri; Dominus condonet ei peccata eius, et qui dicit aliquid, sit ei pariter per Virginis intercessionem »; ff. 2, 1v, كان مولد الحقير بخطاياه غبريال بن كاتب الوكالة | ليلة يسفر صباحها
يوم الاربعا ثالث هتور | سنة ⲁⲣⲙⲏ للشهدا الاطهار الموافق ثالث عشرين | صفر سنة خمسة وثلاثين
ثمنماية للهجرة وكرز شماسا | على بيعة ستنا السيدة بحارة زويلة | فى يوم الاحد المبارك تاسع
عشرين شهر | هتور سنة ⲁⲣⲛⲅ من اليد الطاهرة البطريركية | اليونسية وكرز قسا على بيعة ستنا
السيدة | بحارة زويلة ايضا فى يوم الاحد المبارك سادس | عشرين شهر كيهك وهو الاحد الرابع منه |
طقس حارة زويلة من اليد الطاهرة البطربركية | الميخاييلية سنة ⲁⲣϥⲅ الموافق سادس رمضان | سنة
احدى || وهو كرز قمصا على بيعة ستنا السيدة | بحارة زويلة ايضا فى يوم الاحد | المبارك سادس توت
سنة ⲁⲥⲏ للشهدا | من اليد الطاهرة الابوية البطريركية | اليونسية الموافق تاسع عشرين شوال المبارك |
سنة ستة تسعين ‹و›ثمنماية هجرية وجميع كاريزه حتى | تعميده فى بيعة ستنا السيدة بحارة زويلة |
وعمده انبا يونس البطريرك الذى كرزه شماسا | وكان شويله فى اعماده القمص الشمس نصر
الله قمص كنيسة | حارة زويلة يا الله الهمنى العمل بما يرضيك و فى (?) | خلاص نفسى بشفاعة
ستى السيدة العذرى امين « Fuit nativitas miseri peccatis suis Gabrielis, filii scribae diversorii, nocte, luce prima, feria quarta, die tertio mensis hatūr anni 1148 Martyrum purorum (= an. D. 1431), qui aequivalet diei vigesimo tertio mensis ṣafar anni octingentesimi trigesimi quinti hegirae; et diaconus ordinatus est ecclesiae dominae nostrae Dominae in Ḥārat Zuwaylah (cf. P. Casanova, *Les noms coptes du Caire et localités voisines*, in *Bulletin de l'Institut français d'archéologie orientale*, t. I, Cahirae, 1901, pp. 170, 171), dominica benedicta, die vigesimo nono mensis hatūr anni 1153 (Martyrum = an. D. 1436), manu pura patriarchali Iohannica (Ioh. XI, 1428-1453); et ordinatus est sacerdos etiam ecclesiae dominae nostrae Dominae in Ḥārat Zuwaylah, dominica benedicta, die vigesimo sexto mensis kīhak, dominica quarta scilicet illius mensis, iuxta ritum Ḥārat Zuwaylah, manu pura patriarchali Michaelica (Michael VI, 1476-1478), anni 1193 (= an. D. 1476), qui aequivalet diei sexto mensis ramadān anni ‹octingentesimi octogesimi› primi; et ordinatus est hegumenus etiam ecclesiae dominae nostrae Dominae in Ḥārat Zuwaylah, dominica benedicta, die sexto mensis tūt anni 1208 Martyrum (= an. D. 1491), manu pura paterna patriarchali Iohannica (Ioh. XIII, 1484-1524), qui aequivalet diei vigesimo nono mensis benedicti šawwāl anni octingentesimi nonagesimi sexti hegirae; et omnes suae ordinationes itemque baptismus suus evenerunt in ecclesia dominae nostrae Dominae in Ḥārat Zuwaylah, et baptizavit eum abba Iohannes patriarcha, qui eum diaconum ordinavit; fuit eius patrinus pro baptismo hegumenus Aš-Šams Naṣr Allāh, hegumenus ecclesiae Ḥārat Zuwaylah. O Deus doce me opus quo placeam tibi et salvam fac animam meam per preces dominae meae Dominae Virginis. Amen »; f. 271, لا
كان بتاريخ ليلة يسفر صباحها يوم الاربعا ... | المبارك ثالث شهر هتور المبارك سنة ⲁⲣⲙⲏ | ولد
الولد المبارك المسمى غبريال الرب ينشى عمر[ه] | نشوا صالحا ويجعل عمره طويل ...; cum puer diaconatum susceperit, addita est notula summo margine et inter lineas notulae praecedentis:
وكرز شماسا على بيعة ستنا السيدة بحارة زو[يلة] يوم | الاحد تاسع عشرين هتور سنة ⲁⲣⲛⲅ من اليد
الطاهرة البطريركية اليونسية; postea, Gabriele sacerdote ordinato, inter lineas scriptum est:
وكرز قسا فى سادس عشرين شهر كيهك | سنة ⲁⲣϥⲅ على حارة زويلة ايضا الموافق ثالث عشرين

شهر صفر سنة ...; rerum sensus habetur in notula ff. 2, 1ᵛ; in media pagina, eiusdem ut videtur manus, لما كان بتاريخ يوم الاثنين المبارك خامس عشرين | شهر امشير وضعت الابنة المباركة | ست الفرج انشاها الله تعالى نشوا صا[لحا] سنة ⲁⲣⲛⲃ « Cum fuit in epocha feriae secundae benedictae, die vigesimo quinto mensis amšīr, nata est filia benedicta Sitt al-Farağ; crescere eam faciat Deus excelsus incremento bono. Anno 1152 (= an. D. 1436) »; mortua filia, adiecit notulae scriptor, (verbo per transversum notulae praecedentis scripto تنيحت) وهى فرط من امها | فانها فطمتها وهى | ضعيفة فى الحكا | ... « Obiit ante tempus prae matre quae eam depulit a lacte, cum debilis esset in... »; in ima pagina, eiusdem manus, لما كان بتاريخ يوم الجمعة المباركة | عشرين برمهات سنة ⲁⲣⲛⲉ | ولدت الابنة المباركة مريم | ... « Cum fuit in epocha feriae sextae benedictae, die vigesimo mensis barmahāt anni 1155 (= an. D. 1439), nata est filia benedicta Maria... »; mortua filia adiecit pater, الابنة (ut supra تنيحت) المباركة فى يوم ... | سنة ⲁⲣⲝⲁ | كان عمرها ستة سنين « Obiit filia benedicta die... anni 1161 (= an. D. 1445); vita eius fuit sex annorum »; in marg. externo, eiusdem manus, | لما [كا]ن بتاريخ ... بنصف شهر ... سنة ⲁⲣⲛⲏ ولد الولد | المبارك يوسف بن ميخاييل بن يوسف (?) « Cum fuit in epocha... in medio mense... anni 1158 (= an. D. 1442), natus est puer benedictus Ioseph, filii Michaelis filii Ioseph... »; f. 271ᵛ, لما كان بتاريخ يوم الاربعا ثالث شهر برمودة | سنة ⲁⲣⲙⲋ تنيح الاخ الاب القس ميخاييل الشهير بالمصرى عند | مسطرها ودفن (با (cancell.) بدير الخندق بالبرية عند والدته | واخوة واولاد مسطرها الرب ينيح نفسه مع الشهدا والقديسين | ويجعل لنا معه نصيب فى مستقر رحمته امين وكان راهب | دير ستنا السيدة بالقلمون الشهير بانبا صمويل « Cum fuit in epocha feriae quartae, die tertio mensis barmūdah anni 1146 (= an. D. 1430) obiit frater, pater, sacerdos, Michael, nomine Egyptius, apud scriptorem huius (notulae) et sepultus fuit in monasterio al-Ḫandaq (cf. E. Amélineau, *La géographie de l'Égypte*, Lutetiae Parisiorum, 1893, p. 220; P. Casanova, op. laud., pp. 166, 167), in deserto, iuxta parentes eius et fratres et pueros scriptoris huius; Dominus requiescere faciat animam eius cum martyribus et sanctis constituatque nobis portionem cum eo in domo misericordiae suae. Amen. Et fuit monachus monasterii dominae nostrae Dominae in Qalamūn quod nuncupatum est nomine Abba Samuelis »; infra, alterius manus, لما كان بتاريخ يوم الاثنين المبارك ثامن شهر طوبة المبارك سنة ⲁⲣⲛⲁ | للشهدا الاطهار ولدت الابنة المباركة المسمية بنت الملاح | ... انشاها الله تعالى نشوا صالحا ... « Cum fuit in epocha feriae secundae benedictae, die octavo mensis benedicti ṭūbah anni 1151 Martyrum purorum (= an. D. 1435), nata est filia benedicta vocata Bint al-Mallāh... crescere eam faciat Deus excelsus incremento bono... »; mortua filia scripta est notula, iam valde detrita, | كان عمرها | الرب يجعل لنا معها نصيب | ... فى (ut supra تنيحت) سنة وا[حدة] « Obiit die... Dominus constituat nobis portionem cum ea; fuit vita eius unius anni ». In folio averso, operculo posteriori custodiae modo adiecto, in schedula paginae agglutinata: *Breviarium Copto-Arabicum | scriptum anno Martyrum | 1112. feriâ tertiâ terminan|te mensem Barmude, sive | Pharmuthi: hoc est anno | aerae Christianae 1396, cyclo | Solis 5. Lit. Dom. BA. die 25 | mensis Aprilis in ultimam | Pharmuthi et feriam tertiam | incidente.* Summo laterculo anteriore interno: *Horae Canonicae Coph|torum*

Arabicè et Coph|ticè; in ima parte laterculi: *VI. 46*; summo laterculo posteriore interno: *Officium parvum* | *Arabicè, et copticè*; infra, al. man.: *Scriptus hic codex* | *anno Martyrum* | *sub Diocl[etia]no 1133*, notula partim infra iterata. F. 1, nota codicis antiqua in imo marg.: *VI. 46*. Ff. 7, 11^v, 12, 13^v, 14, 16^v, adiecit manus occidentalis cum psalmi nota translationem latinam primorum verborum Pss. 50, 1, 2 et 3. Sigillum bibliothecae Vaticanae produnt ff. 1, 41, 231^v, 270^v et 271. Margines quidam charta resarciti sunt; tela levi opertum est folium 271 aversum.

Integumentum, in forma involucri orientalis e corio fusco effectum, praebet in utroque operculo ornamenta ovata rosas et ramos exhibentia; in parte inflexa, atramento scriptae leguntur nota *103* et, alia manu, notae *46* et *VI*; imo dorso, in media schedula ornata: *103*, nota in eadem schedula infra iterata.

CODICES BORGIANI COPTICI

I (olim J-II-1). An. 1758 (= an. Mart. 1474, cf. f. 392), chart., mm. 213 × 150, ff. II, 398, linn. 14.

Ritus consecrationis ecclesiae novae et altaris, adiectis lectionibus pro synaxi in die consecrationis, bohairice et arabice, cum titulis et rubricis bohairicis arabicis. Ritus codicis vix discrepant a ritibus consecrationis quos enarrat v. cl. Abū 'l-Barakāt in opere suo مصباح الظلمة « Lampas tenebrarum », porta octava; cf. cod. Vat. ar. 623, ff. 119-123. Antigraphon cuius textum exhibet codex, ut monet subscriptio f. 392r·v, exaratum erat an. D. 1344.

I (ff. 1-318v) Consecratio ecclesiae novae, praemissis invocatione **ⲥⲩⲛ ⲑ⟨ⲉ⟩ⲱ** بسم الله « In nomine Dei » et titulo **ⲉⲑⲃⲉⲡ̀ϫⲓⲛⲉⲣⲁ̀ⲅⲓⲁ̀ⲍⲓⲛ ⲛ̀ϯⲉⲕⲕ̀ⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲃⲉⲣⲓ** من اجل تكريز البيعة الجديدة « De sanctificatione ecclesiae novae ». Ritum ediderunt R. Tuki, qui codice usus est, in opere cui titulus **ⲡⲓϫⲱⲙ ⲉϥⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲧⲓⲛ ⲉϫⲉⲛⲛⲓⲉⲩⲭⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ, ⲡⲓⲙⲉⲣⲟⲥ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓⲧ** (= T.), Romae, 1761, pp. ⲩⲝⲅ - ⲭⲟⲉ, et G. Horner, *The service for the Consecration of a Church and Altar according to the Coptic rite* (= H.), Lond., 1902, pp. 1-396, addita in prima parte interpretatione anglica, pp. 1-13 ac notis criticis (cum opus illud duplicem praebeat paginarum enumerationem similibus notis impressam, lectorem monemus notas laudandas, nisi aliter notetur, eas esse quas exhibet textus editio); vide etiam dicta de cod. Vat. copt. 46, ff. 136-143v, in *Catal.*, t. I, pp. 280-289.

1 (ff. 1-69) Initium ritus consecrationis et recitatio psalmorum; cf. T., pp. ⲩⲝⲅ - ⲫⲉ, H., pp. 1-80. Ff. 1-2v, rubrica praevia « Episcopus et clerus ac populus totus nocte diei dominicae congregantur in ecclesia nova » (T., p. ⲩⲝⲅ, H., pp. 1-3, in nonnullis discrepant); ff. 2v-7, oratio episcopi **ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲫϯ ⲡⲓⲡⲉⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ** « Domine, Domine, Deus omnipotens, rex » (T., pp. ⲩⲝⲇ - ⲩⲝⲍ, H., pp. 3-9; cod. non evolvit conclusionem); ff. 7v-69, praemissa rubrica de dicendis ' Kyrie eleison ', ' Gloria ', ' Pater noster ' et Ps. 50, series psalmorum 121-151 (T., pp. ⲩⲝⲍ - ⲫⲉ, H., pp. 10-80; H. om. rubricam, at cf. *Notes*, p. 36); f. 69, monitum de recitanda ab episcopo oratione pro infirmis et, cum absoluta

fuerit, de legendis prophetiis (T., p. ϕⲉ, coll. pp. ⲧⲗⲉ - ⲧⲗⲏ; H. om. monitum, at cf. *Notes* pp. 43, 44).

2 (ff. 69ᵛ-270) L e c t i o n e s e s a c r a S c r i p t u r a, praemissa invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̈ بسم الله « In nomine Dei »; cf. T., pp. ϕⲉ - ϫⲗⲍ, H., pp. 81-319, *Catal.*, t. I, p. 283; codex vero caret notis, praeter primam (ⲁ) et undecimam (ⲓⲁ), quas singulis lectionibus praemittit T. Ff. 69ᵛ-79ᵛ, Gen., 1, 1-2, 4 des. ⲛ̀ϫⲉϥϯ; f. 79ᵛ, in mg.: نسخة في ⲥⲉⲙⲟⲩϯ ⲉ̀ⲣⲟ ⲇⲓⲕⲉⲟⲥ. ⲱ̀ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲑⲛⲁϣⲥⲁϫⲓ يقول الكاهن ⲛⲓϣ⟨ⲉ⟩ ⲉⲡϣⲉⲙⲙⲟ « In codice: ‘ Vocata es iusta ’, ‘ Quis dicere poterit ’; dicet sacerdos: ‘ Qui peregrinantur ’ » (T., pp. ϕⲓⲁ, ϕⲓⲃ, H., p. 92); ff. 79ᵛ-83ᵛ, Gen. 28, 10-22; f. 83ᵛ, similis nota ac supra de dicendis ϯⲕⲩⲃⲱⲧⲟⲥ « Arca », ⲯⲩⲭⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Anima omnis » et ⲛⲓ⟨ⲁ⟩ⲏⲣ ⲛ̀ⲧⲉⲧ̀ϕⲉ « Aeres caeli » (T., pp. ϕⲓⲇ, ϕⲓⲉ, H., p. 97); ff. 83ᵛ-101ᵛ, Ex. 25, 1-40 et 26, 1-30; f. 102, nota marginalis de dicendis ⲡⲓⲩ̀ⲗⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ « Propitiatorium », ⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲩⲙ ⲃ « Cherubim duo » et ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲕⲁϩⲓ « Rex terrae » (T., p. ϕⲕⲉ; om. H., p. 119, at cf. *Appendix*, p. 27); ff. 102-109, Ex. 30, 17-31, 11; f. 109ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲛ̀ⲑⲟⲡⲉ ⲡⲓⲥⲧⲁⲙⲛⲟⲥ « Tu es urna », ϕⲧⲟⲙⲓ ⲅⲁⲣ ⲉⲣⲟ « Decet enim te » et ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲩⲛ̀ⲕⲟⲧ « Qui obdormierunt » (T., p. ϕⲗ; om. H., p. 128, at cf. *Appendix*, p. 27); ff. 109ᵛ-115ᵛ, Ex. 39, 43-40, 31 des. ⲡⲓⲙⲉ ⲛⲉⲣϣⲱⲟⲩϣⲓ; f. 116, nota marginalis de dicendis ⲛ̀ⲑⲟⲡⲉ ϯⲗⲩⲭⲛⲓⲁ « Tu es candelabrum », ⲩ̀ⲥⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ « Omnis forma » et ⲛⲓⲑⲩⲥⲓⲁ̀ « Oblationes » (T., pp. ϕⲗⲇ, ϕⲗⲉ; om. H., p. 135, at cf. *Appendix*, p. 27); ff. 116-117, Ex. 40, 31 inc. ⲟⲩⲟϩ ⲁ̀ⲙⲱⲩ̀ⲥⲏⲥ-36; f. 117ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲛ̀ⲑⲟⲡⲉ ϯϣⲟ⟨ⲩ⟩ⲣⲏ « Tu es thuribulum », ⲧⲟⲧⲉ ⲁ̀ⲗⲏⲑⲟⲥ « Tunc vere » et ⲡⲁⲓⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉⲕ ⲡⲁⲓ « Locus hic tuus » (T., p. ϕⲗⲉ; om. H., p. 137, at cf. *Appendix*, p. 27); ff. 117ᵛ-123ᵛ, Num. 4, 1-16; f. 123ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲭⲉⲣⲉ ⲛⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ « Salve Maria », ⲥⲉⲙⲟⲩϯ « Vocant » et, ex liturgia s. Gregorii, ⲙ̀ⲡⲁⲓⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲑⲩ ⲛ̀ⲧⲉ⟨ⲕ⟩ ⲡⲁⲓ « Huius sancti tui loci » (T., pp. ϕⲕⲑ, ϕⲗ [pro ϕⲗⲑ, ϕⲙ]; om. H., p. 145, at cf. *Appendix*, p. 27); ff. 123ᵛ-128, Num. 4, 17-32; f. 128, nota marginalis de dicendis ⲧ⟨ⲉ⟩ⲟⲓ ⲛ̀ϩⲩⲕⲉⲛⲟⲥ « Tu es idonea » et ⲛⲏ ⲉⲧⲟ̀ϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁ⟨ⲓ⟩ⲙⲁ « Qui stant in hoc loco » (T., p. ϕⲗⲅ [pro ϕⲙⲅ]; om. H., p. 150, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 128-135, Ios. 3, 7-4, 9; f. 135, nota marginalis de dicendis ⲣⲁⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧϭⲟⲥⲓ « Omne nomen exaltatum » et ⲛ̀ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉ̀ⲧⲁⲩϩⲟⲛϩⲟⲛ ϫⲉⲁ̀ⲣⲓⲡⲉ⟨ⲛ⟩ⲙⲉⲩ̀ⲓ « Omnium qui nos iusserunt ‘ Memento nostri ’ » (T., p. ϕⲗⲑ; om. H., p. 158, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 135-141ᵛ, II Reg. 6, 1-20 des. ⲉϥⲉ̀ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ϕϯ; f. 141ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲡⲉⲱ̀ⲟⲩ

ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ « Gloria tua, Maria » et ⲁ̀ⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲉⲧⲁⲃⲓ ⲛⲓⲯⲩⲭⲏ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲗⲉⲡⲱⲣⲟⲥ « Memento, Domine, pauperis et miserae animae meae » (T., p. ⲫ̅ⲙ̅ⲗ̅; om. H., p. 166, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 141ᵛ-151, I Par. 15, 2-16, 7; ff. 151ᵛ-156, I Par. 16, 8-37; f. 156ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲟⲩⲥ̀ⲕⲩⲛⲏ ⲙ̀ⲙⲏⲓⲡⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ « Verum tabernaculum est Maria » et ⲙ̀ⲡⲁⲓⲕⲉⲁ̀ⲣⲁⲧⲓⲟⲛ « Huius etiam sacrarii » (T., p. ⲫ̅ⲛ̅ⲗ̅; om. H., p. 183, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 156 (sic)-170ᵛ, I Par. 28, 2-29, 22 des. ϧⲉⲛⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲣⲁϣⲓ (f. 156ʳ habet primam tituli lineam); f. 170ᵛ, nota marginalis de dicendis ⳅⲟⲗⲥⲉⲗ ⲛ̀ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ « Ornas animas nostras » et ⲁ̀ⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ ϩⲱⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲟ̅ⲥ̅ « Memento etiam nostri, Domine, Domine » (T., p. ⲫ̅ⳅ̅ⲗ̅; om. H., p. 200, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 170ᵛ-188, II Par. 3, 1-6, 11 (f. 170ᵛ, initio lectionis, notula marginalis تقرى فى تكريز الالواح اذا انحلوا وجدد تكريزهم « Legitur in consecratione tabularum quarum renovatur consecratio cum solutae sunt »); f. 188, notula marginalis de dicendis ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲑⲛⲁϣⲥⲁϫⲓ « Quis dicere poterit » et ⲛⲓⲭⲁⲧⲓⲭⲱⲙⲉⲛⲟⲥ « Catechumeni » (T., p. ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅; om. H., p. 221, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 188-193ᵛ, III Reg. 8, 1 (iuxta LXX)-21; f. 193ᵛ, nota marginalis de dicendis ⲁ̀ⲇⲁⲙ ⲁ̀ⲗⲓ ⲁ̀ϥⲟⲓ « Adam adhuc erat » et ⲃⲱⲗ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲥⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ « Solve vinctos » (T., p. ⲫ̅ⲡ̅; om. H., p. 228, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 193ᵛ-210, II Par. 6, 12-7, 16; f. 210, notula marginalis de dicendis ⲡⲓⲭ̀ⲗⲟⲙ « Corona » et ⲥⲉ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ « Utique oramus te, Christe, Deus noster » (T., p. ⲫ̅ϥ̅ⲃ̅; om. H., p. 247, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 210-227ᵛ, III Reg. 8, 22-9, 3 (f. 210, in mg., rubrica يقف الاسقف قدام المذبح ويقول هذا « Stat episcopus coram altari et dicet hoc »); f. 227ᵛ, notula marginalis de dicendis ⲛⲓⲧⲁⲅⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ « Omnes ordines » et ⲟⲩϫⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧϣⲱⲛⲓ « Salus aegrotantibus » (T., p. ⲭ̅ⲉ̅; om. H., p. 268, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 227ᵛ-235, Is. 59, 20 inc. ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲉ̀ⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ - 60, 21 des. ⲙ̀ⲡ̀ⲕⲁϩⲓ ϣⲁⲉ̀ⲛⲉϩ; f. 235, notula marginalis de dicenda integra psallia theotokiae feriae quintae (T., p. ⲭ̅ⲓ̅ⲃ̅, monet recitandam esse theotokiam ipsam, scil. ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ; om. H., p. 277 et, *Appendix*, p. 28); ff. 235-242ᵛ, Ez. 1, 3 inc. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲥϣⲱⲡⲓ ϩⲓϫⲱⲓ - 2, 1 des. ⲛ̀ⲧⲉⲡⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ (f. 235, in mg., monitum يحرر لفظ هذا النبوة اما القبطى على العربى واما العربى على القبطى « Datur libertas quoad recitationem huius prophetiae: vel prius arabice dein coptice, vel coptice prius dein arabice »); f. 243, notula marginalis de dicendis ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ ⲉ̀ⲧⲁⲙⲱⲩⲥⲏⲥ « Rubum quem Moyses » et ⲉⲑⲃⲉϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ « Pro pace » (T., p. ⲭ̅ⲓ̅ⳅ̅, pro ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ [vide supra] habet ⲧ⟨ⲉ⟩ⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ, seu theotokiam feriae sextae; om. H., p. 287, at cf. *Appendix*, p. 28); ff. 242ᵛ (sic)-249, Ez. 40, 1-19

deinde, **ⲡⲓⲥϧⲁⲓ ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲓⲇⲓⲁ|ⲕⲱⲛ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲡⲓⲣⲉⲙⲧⲕⲟⲓ ⲑⲁⲗⲑⲁ | ⲛⲁϥ ⲛⲁⲓ** (duo ultima verba inverse legenda esse notavit Agapius Bšay imponendo numeros ٢ et ١) cuius sensus datur supra; f. 307v, الله تعالى يرحم القانى والقارى والسامع والناسخ المسكين | ويغفر لنا الرب جميعا امين امين امين cuius sensus praebent praecedentia; f. 310v, من اجل محبة ربنا يسوع المسيح اذكروا المهتم والناسخ المسكين | لكى الله الرحوم يصنع ذكرك (sic) بالرحمة فله المجد دايما | وكان النجاز من نسخ رسايل السليح بولس الاربعة عشر رسالة فى يوم الثلثا المبارك | الثامن عشر من شهر بوونة سنة الف واربعماية ستة وخمسين قبطية الموافق للسادس | والعشرين من شهر ربيع اول من شهور سنة ثلثة وخمسين وماية والف هلالية | ولربنا المجد دايما « Propter amorem Domini nostri Iesu Christi mementote illius qui curam habuit et scribae pauperis, ut Deus misericors memoriam tui faciat in misericordia, et Ei gloria semper. Finis fuit transcribendi epistolas apostoli Pauli quattuordecim feria tertia benedicta, (die) decimo octavo (emend. in sexto) mensis ba'ūnah, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto coptico (= an. D. 1740), quod aequivalet (diei) vigesimo sexto mensis rabī' primi e mensibus anni millesimi centesimi quinquagesimi tertii islamici. Et Domino nostro gloria semper »; f. 344, وكان الفروغ من نسخ هذه الرسالة يوم الخميس | المبارك ثامن عشر شهر بوونة المبارك سنة الف | واربعماية ستة وخمسين قبطية الموافق للثامن والعشرين | من شهر ربيع اول من شهور سنة ثلثة وخمسين | وماية والف هلالية والمجد لربنا دايما امين « Fuit finis describendi hanc epistolam feria quinta benedicta, (die) decimo octavo mensis ba'ūnah benedicti, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto coptico, quod aequivalet (diei) vigesimo octavo mensis rabī' primi e mensibus anni millesimi centesimi quinquagesimi tertii islamici. Et Domino nostro gloria semper. Amen »; f. 373v, الله تعالى يغفر ويرحم الغانى والقارى والناسخ الحقير ويغفر لنا | جميعا احنا والسامعين وبنى المعمودية اجمعين امين والشكر لله دايما cuius sensus praebent subscriptiones praecedentes; f. 378, **ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲡⲓⲥ|ϧⲁⲓ ⲡⲓϩⲏⲕⲓ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ⲡⲓ|ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ ⲡⲓ-ⲣⲉⲙ|ⲑⲁⲗⲑⲁ ⲛⲁϥ ⲛⲁⲓ**, fere ut supra, f. 274; f. 523v, كمل | مصحف الرسايل المقدس بعون الله تعالى الذى يعين من استعان به | وتوكل عليه وذلك فى يوم الاربع المبارك عشرين من شهر مسرى المبارك | سنة الف وسبعماية واربعين مسيحية الموافق الى سنة الف واربعماية | ستة وخمسين للشهدا الاطهار رزقنا الله تعالى ببركاتهم امين | وذلك من نسخة موجودة بمدينة دجرجا تاريخها سنة الف وثلثماية | ستة واربعين للشهدا الاطهار وناسخها القس وهبة من ناحية | البيبارات بشرق مدينة اخميم وقيل انه كتبها من نسخة قديمة | وجدت بناحية ادفا من يد الاب الاسقف المكرم انبا يونس الادفاوى | اسقف ذلك الزمان وانها محررة وسالمة من الغلط قبطيا وعربيا | مما كتب ذلك وصرف عليه من ماله ابينا المكرم رافايل لاجل | نفع الطايفة القبطية الله تعالى يحفظه بملاك السلامة امين | وذلك على يد العبد الحقير الخاطى المسكين المدعى بالعجز والتقصير | ولم يكن بالنسخ خبير وانما بمعونة الله تعالى وستنا العذرى | اعانتنا على كمالها ولكن يسما بالاسم الشماس ابراهيم من ناحية طهطا | وهو يضرب عدة مطانوات تحت اقدام السادة الابا والاخوة المسيحيين | الناظرين فى هذا الخط الناقص ان يذكروا الناسخ المسكين | وكل من وجد غلطا واصلحه يسهل الله طريقه الى فردوس النعيم امين | والشكر لله دايما « Absolutus est liber sanctus Epistolarum auxilio Dei excelsi qui iuvamen praestat illi qui auxilium petit ab eo et in eo confidit. Et hoc fuit feria quarta benedicta, (die) vigesimo mensis misrī benedicti, anno millesimo septingentesimo quadragesimo christiano quod aequivalet anno millesimo quadringen-

tesimo quinquagesimo sexto martyrum purorum; largiatur nobis Deus excelsus benedictiones eorum. Amen. Et hoc ex exemplari, reperto in urbe Dağraġa, cuius epocha erat annus millesimus trecentesimus quadragesimus sextus martyrum purorum cuiusque librarius fuit presbyter Wahbah e pago al-Baybārāt ad orientem civitatis Aḫmīm; et dicitur ipsum descriptum esse e vetere exemplari, reperto in urbe Adfū, manu patris episcopi venerandi abba Iohannis al-Adfāwī, episcopi illius temporis, et hoc emendatum esse et errore vacuum coptice et arabice. Qui autem praescripsit hoc et comparavit sumptibus suis est pater noster, venerandus pater noster Raphael ad utilitatem gentis copticae; Deus excelsus custodiat eum per angelum pacis. Amen. Et hoc manu servi pauperis, peccatoris miseri, vocati in hebetudine et infirmitate, qui solers non fuit in describendo nisi auxilio Dei excelsi, et Domina nostra Virgo adiuvit nos ad opus perficiendum. Nominatur tamen nomine diaconi Abraham e pago Ṭahṭa, et ipse plurimum se provolvit ad pedes dominorum, patrum et fratrum christianorum inspicientium in hoc scripto imperfecto, ut memores sint pauperis librarii. Quicumque errorem invenerit illumque correxerit, ei viam expediat Deus ad paradisum voluptatis. Amen. Et laus Deo semper ». Agapius Bšay addidit: *Hic liber Conscriptus* | *Xti, Anno 1740, Martyrum vero 1456* | *ab alio Codice exaratus* (sic), *Martyrum 1346. F.* 1: *7. Copht.*; *MSS. COPTI DI* | *MONSIG. TUKI.* | *NUM. IV* et *Alunno di Prop*(aganda) *Vide:* f. 2, manu Agapii Bšay: *Tutte le Epistole del nuovo Testamento* | *e gl'atti degl'Apostoli* | *In Copto - ed Arabo* | *Copia dell'anno di Cristo* | *1740*. Summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-1.* Vacant ff. 1ᵛ, 2ᵛ-5ʳ, 113ᵛ, 185ᵛ, 261ᵛ (sine textus detrimento), 274ᵛ, 311ʳ, 524ʳ-529ᵛ. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide conspicitur in ff. 5ᵛ, 231 et 523ᵛ.

Integumentum e corio rubro Romae confectum, non in Oriente ut asserit Georgius Horner, exhibet in summo dorso notam *7* atramento exaratam; in imo dorso schedula cum inscriptione *J-IV-1.* Acies foliorum rubra.

52 **(olim J-IV-2). An. D. 1775 (Mart. 1492, Heg. 1189; cf. f. 459ᵛ), chart., mm. 315 × 213, ff. 461, linn. 23.**

Lectionarium pro hebdomada maiore cum integro libro **Apocalypsis**, bohairice et arabice; cf. codd. Vat. copt. 34, Vat. copt. 90 et Vat. copt. 98 (*Catal.*, t. I, pp. 126-133, 615-620, 659-665). Praemittuntur titulus كتاب البصخة « Liber Paschatis », invocatio ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ بسم الله « In nomine Dei » et prooemium نبتدى بعون الله تعالى وحسن توفيقه بنسخ كتاب البصخة المقدسة ترتيب جمعة الالام سيدنا له المجد « Incipimus, Deo excelso iuvante eiusque bonitate auxilii, scribere librum Paschatis sancti. Ordo hebdomadae passionis Domini nostri. Ei gloria ».

1 (ff. 4-24ᵛ) **Dominica Palmarum**, vespere, ut Vat. 34 praeter Ps. 121, 1, 2, 4; mane, ut Vat. 34 praeter Ps. 67, 20 des. ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ, Ps. 117, 26, 27 des. ⲉ̀ⲣⲟⲛ; ad missam, Hebr. ut Vat. 98, I Petr. 4, 1-11, Act. 28, 11-31, Ps. et quattuor evang. ut Vat. 98 (deest Ps. ante Ioh.); post missam, I Cor. 15, 1-23 des. ⲡⲉϥⲧⲁⲅⲙⲁ, Ps. 64, 5

des. ϣⲁⲉ̀ⲛⲉϩ, Ps. 19, 2, 3 (bohairice tantum), Ioh. ut Vat. 34; omittitur hora 9ª; hora 11ª, ut Vat. 34.

2 (ff. 24ᵛ-59ᵛ) Feria II. ¹ (ff. 24ᵛ-35) Officium nocturnum, ut Vat. 34; ² (ff. 35-59ᵛ) officium diurnum, ut Vat. 34 praeter Ps. 121, 4 ad horam sextam et Prov. 1, 1-6 ad horam nonam.

3 (ff. 59ᵛ-107ᵛ) Feria III. ¹ (ff. 59ᵛ-70ᵛ) Officium nocturnum, ut Vat. 34 praeter Ps. 32, 10 des. ϩⲁⲛⲗⲁⲟⲥ, 11 ad horam nonam; ² (ff. 71-107ᵛ) officium diurnum, ut Vat. 34 praeter sermonem s. Iohannis Chrysostomi ϯⲟⲩⲱϣ ⲇⲉ ⲟⲩⲛ ad horam undecimam a librario neglectum.

4 (ff. 108-143) Feria IV. ¹ (ff. 108-118ᵛ) Officium nocturnum, ut Vat. 34; in fine, monitum arabicum de legendo evangelio Marci hac nocte; ² (ff. 119-143) officium diurnum, ut Vat. 34; in fine, monitum arabicum de legendo evangelio Lucae hac (feriae V scil.) nocte.

5 (ff. 143ᵛ-201ᵛ) Feria V. ¹ (ff. 143ᵛ-155ᵛ) Officium nocturnum, ut Vat. 34 praeter Ps. 68, 2, 3 des. ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ, 17 inc. ⲕⲁⲧⲁⲡⲁϣⲁⲓ ad horam primam; ² (ff. 156-201ᵛ) officium diurnum; ª ff. 156-174ᵛ, mane, hora 3ª, hora 6ª et hora 9ª ut Vat. 34; ᵇ ff. 175-195, benedictio pelvis (cf. cod. Borg. copt. 12, ff. 60-95ᵛ; vide supra pp. 70-71): ff. 175-186, rubrica de dicendis orationibus gratiarum actionis et incensi, et lectiones Gen. 18, 1-23, Ex. 14, 22, 28-15, 1 (paraphrasis), Ios. 3, 17 (paraphr.), Is. 4, 2-4 des. ⲛⲓϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲓⲱⲛ, Ez. 36, 25-29 des. ϧⲉⲛⲛⲉⲧⲉⲛⲁ̀ⲛⲟⲙⲓⲁ̀, Ez. 47, 1-9 des. ⲥⲉⲛⲁⲱⲛϧ, catechesis Šenūte ⲙⲁⲣⲉⲛϣⲓⲡⲓ ⲱ̀ ⲛⲓⲥ⟨ⲛ⟩ⲏⲟⲩ «Erubescamus, fratres» (O. H. E. Burmester, *The Homilies or Exhortations of the Holy Week Lectionary*, in ephemeride *Le Muséon*, t. XLV, Lovanii, 1932, pp. 33, 34, 58, 59), I Tim. 4, 9-5, 10, Ps. 50, 9, 12, Ioh. 13, 1-17; f. 186, praevia rubrica arabica de elevanda cruce et de dicendo a populo decies 'Kyrie eleison' tono magno, responsorium evangelii ⲓⲏ̅ⲥ ⲡⲭ̅ⲥ ⲛ̀ⲥⲁϥ ⲛⲉⲙⲫⲟⲟⲩ «Iesus Christus heri et hodie» (ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛⲉⲙⲛⲓⲃⲱϩⲉⲙ, Cahirae, 1938, p. ⲧ̅ⲍ̅ⲃ̅); f. 186, monitum arabicum de dicendis septem orationibus maioribus, cum earum initiis; ff. 186ᵛ-189ᵛ, supplicationes septemdecim ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲙⲟⲣϥ (ut Borg. copt. 12, ff. 77-82, qui tamen tres ultimas supplicationes praebet tantum arabice); ff. 189ᵛ, 190, rubrica arabica de elevanda cruce, de dicendo a populo centies 'Kyrie eleison', de recitandis tribus orationibus minoribus, symbolo et aspasmo ⲁ̀ⲣⲉ̀ⲙⲁⲥϥ ⲁϭⲛ̀ⲁⲑⲱⲗⲉⲃ (solum initium; cf. Vat. copt. 39, ff. 86ᵛ, 87 [*Catal.*, t. I, p. 192]), de dicendis a diacono ⲡⲣⲟⲥⲫⲉⲣⲓⲛ et a sacerdote ⲏ ⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ;

f. 190-191, praevio monito arabico de aqua signanda, oratio ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅... ⲛ̀ⲥⲓ (Borg. 12, ff. 83-85^{v}; cod. praemittit ⲁⲝⲓⲟⲛ ⲕⲉ ⲇⲓⲕⲉⲟⲛ, ponit monitum diaconi 'Qui sedetis' ante ⲁⲕⲙⲟⲣⲕ ⲛ̀ⲟⲩⲇⲉⲛⲧⲓⲟⲛ et caret responsis populi ante ⲛ̀ⲑⲟⲕ); f. 191$^{r.v}$, rubrica de dicendis a populo oratione dominica, a sacerdote absolutione, a diacono 'Cum timore', de aqua cruce signanda et de psalmo 150 a populo recitando, deinde incipit sacerdos lavare pedes cleri et populi; ff. 191^{v}, 192, psallia Batos ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁϥϫⲱ a diaconis cantanda (Borg. 12, ff. 91^{v}-93); ff. 192-193, oratio ⲫⲛⲏⲃ ⲡⲟ̅ⲥ̅ (Borg. 12, ff. 93^{v}-94^{v}; cod. introducit diaconi monitum ⲡ̀ⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ante ⲧⲉⲛϯϩⲟ); f. 193$^{r.v}$, gratiarum actio ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ (Borg. 12, f. 95$^{r.v}$); ff. 193^{v}-195, monitum arabicum de dicenda benedictione et catechesis s. Iohannis Chrysostomi ϯⲛⲁⲩ ⲅⲁⲣ (cf. *Catal.*, t. I, p. 130, lin. 13); [c] ff. 195-201^{v}, ad missam, I Cor., Ps. et Matth. ut Vat. 34; rubrica 'Non osculantur evangelium propter osculum Iudae nec (leguntur) aspasmos et diptycha neque (habetur) dimissio post missam'; Ps., Ioh. et Is. ut Vat. 34, ordine tamen diverso.

6 (ff. 202-302^{v}) Feria VI. [1] (ff. 202-244^{v}) Officium nocturnum, ut Vat. 34 praeter Ps. 27, 3 inc. ⲛⲏ ⲉⲧⲥⲁϫⲓ-4 des. ⲛⲟⲩϩⲃⲏⲟⲩⲓ (2°), Ps. 39 (cod. 34), 15, ad horam nonam; [2] (ff. 245-302^{v}) officium diurnum, praemissa invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ ⲡⲓϫⲟⲙ ⲡⲓⲛⲓϣϯ بسم الله القوى العظيم «In nomine Dei fortis, potentis»; [a] ff. 245-261, mane, ut Vat. 34, adiecta in fine rubrica arabica de statuenda crucis effigie in medio ecclesiae, de ornanda hac velis sericis et cereis et de apponendis coram ea thuribulis, sacerdotibus singulis incensantibus (cf. L. Villecourt, *Les observances liturgiques et la discipline du jeûne dans l'Église Copte*, in ephemeride *Le Muséon*, tome XXXVIII, Lovanii, 1925, p. 287); [b] ff. 261^{v}-284, hora 3^{a} et hora 6^{a}, ut Vat. 34, adiecta in fine horae sextae rubrica arabica 'Tunc sedet populus legetque latronis dexteri professionem fidei' (cf. Villecourt, op. laud., p. 288); [c] ff. 284^{v}-302^{v}, hora 9^{a}, hora 11^{a} et hora 12^{a}, ut Vat. 34, addita in fine horae duodecimae rubrica arabica 'Deinde dicentur orationes (ⲧⲱⲃϩ) et elevabitur crux dicetque populus Kyrie eleison quatercenties, versus quattuor (mundi) regiones, centum pro unaquaque regione; non osculabuntur crucem; sacerdos deinde dicet benedictionem et postea legetur psalmus 150, quibus absolutis dicentur eae quae supersunt de orationibus prouti statutum est' (cf. Villecourt, op. laud., pp. 289, 290).

7 (ff. 303-429^{v}) Sabbato. [1] (ff. 303-332^{v}) Officium nocturnum (cf. Villecourt, op. laud., pp. 290, 291); f. 303$^{r.v}$, praevia rubrica

arabica ‘ Archisacerdos sese vestiet, accendentur cerei et incipiet ’, Ps. 151 (ⲡⲭⲱⲙ ⲛϯⲙⲉⲧⲣⲉϥϣⲉⲙϣⲓ ⲛⲧⲉⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲛⲉⲙⲛⲓⲃⲱϩⲉⲙ, Cahirae, 1938, pp. ⲩⲏ-ⲩⲓ) et rubrica arabica ‘ Deinde interpretatur... ’ (fere ut in ⲡⲭⲱⲙ, pp. ⲩⲓ, ⲩⲓⲁ); f. 304r.v, canticum ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲉ̀ⲡⲭ︦ⲥ︦ « Glorificemus Christum » (ⲡⲭⲱⲙ, p. ⲩⲓⲁ, partim) et rubrica arabica ‘ Et cum absolvitur... ’ (fere ut in ⲡⲭⲱⲙ, p. ⲩⲓⲃ); ff. 305-307v, Ex. 15, 1-21 des. ⲁϥϭⲓⲱⲟⲩ et addito versu ϩⲓⲧⲉⲛⲛⲓⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲙⲱⲩⲥⲏⲥ « Precibus Moysi »; ff. 307v, 308, lōbš ϧⲉⲛⲟⲩϣⲱⲧ (Vat. copt. 36, f. 34r.v); ff. 308v-312v, sub titulo ϯϩⲓⲕⲱⲛ ⲛⲛⲟⲩⲃ, Dan. 3, 1-24, cum versu intercalari ⲑⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁϩⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲁⲧⲥ ⲛⲭⲉⲛⲁⲃⲟⲩⲭⲟⲇⲟⲛⲟⲥⲟⲣ ⲡⲟⲩⲣⲟ (ut Vat. copt. 90) et rubrica arabica in fine de cantando ultimo versu tono ⲟⲩϩⲑⲟ ⲛⲉⲙⲟⲩϭⲁ̄ⲥⲓ; ff. 313-316, sub titulo ϯϩⲱⲗⲏ ⲛ̀ⲧⲉⲁⲍⲁⲣⲓⲁⲥ, Dan. 3, 25-51; ff. 316-319v, praemissa rubrica arabica de inserendis versibus intercalaribus ⲕⲉⲣϩⲟⲩⲟ̀, ϩⲱⲥ ⲉ̀ⲣⲟϥ et ⲉⲩⲗⲟⲅⲓⲑⲉ (cf. ⲡⲭⲱⲙ, p. ⲩⲓⲇ), Dan. 3, 52-90, sub titulo تسبحة الثلاثة فتية القديسين « Canticum trium puerorum sanctorum »; ff. 319v-322, psallia ⲁⲣⲓⲯⲁⲗⲓⲛ ⲉ̀ⲡⲓ ⲉⲧⲁⲩⲁϣϥ (Vat. copt. 36, ff. 108-110v; cod. om. ultimum versum ⲱⲥⲁⲩⲧⲟⲥ); ff. 322-323v, Dan. 3, 91-97 add. ⲁϥϭⲁⲥⲟⲩ ... ϧⲉⲛⲧⲉϥⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ (iuxta Theodot.); ff. 324-331v, sub titulo ⲟ̀ⲣⲁⲥⲓⲥ ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ ⲉⲑⲃⲉⲥⲟⲩⲥⲁⲛⲛⲁ, Dan. 13, 1-64; f. 332r.v, praevio monito arabico de cereis accendendis et de psallendo ad laminae strepitum donec ingressus fuerit clerus, psallia ⲧⲉⲛⲟⲩⲉϩ ⲛⲥⲱⲕ, tono ⲡⲓⲕⲉⲃⲉⲣⲛⲓⲧⲏⲥ (Vat. copt. 36, ff. 111-112); ² (ff. 332v-429v) officium diurnum: ᵃ ff. 332v-339, mane, rubrica fere ut Vat. 90, Is. 55, 2 inc. ⲥⲱⲧⲉⲙ-13 des. ⲛ̀ⲉ̀ⲛⲉϩ, catechesis s. Athanasii ⲁϥⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ (cf. *Catal.*, t. I, p. 132, lin. 4), I Cor., Ps. et Matth. ut Vat. 34, psallia Adam ⲁⲩⲁϣⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ (Vat. 34 partim; cod. integre demptis versibus ⲁϥⲥⲁϫⲓ et ⲁϥⲧⲱⲛϥ); ᵇ ff. 339v-344v, hora 3ª et hora 6ª, ut Vat. 34; ᶜ ff. 345-415v, praemissa rubrica de dicendis tribus orationibus magnis, oratione dominica, absolutione et benedictione, Apocalypsis Iohannis; ᵈ ff. 416-418v, hora 9ª, ut Vat. 34, add. Ier. 31, 31-34, post Is.; ᵉ ff. 419-429v, ad missam, I Cor. 15, 1-23 des. ϧⲉⲛⲡⲉϥⲧⲁⲅⲙⲁ, I Petr. 1, 1-9, Act. 3, 12-21, Ps. et Matth. ut Vat. 34; praevia rubrica ‘ Non osculantur evangelium neque legitur aspasmos sed dicent diptycha, post communionem ’, Ps. 67, 2; praevia rubrica ‘ Deinde dicetur evangelium quod legerunt in missa et post illud ’, Ps. 21, 2-32.

8 (ff. 429v-459v) Dominica Resurrectionis. ¹ (ff. 429v-447)

Officium nocturnum; praevia rubrica arabica 'Non habetur dimissio hoc die; deinde legunt diaconi nocte dominicae integrum Iohannis evangelium et post hoc prophetias sequentes', Deut. 32, 39-43, Is. 60, 1-7, Is. 42, 5-17 des. ⲁⲩⲫⲟⲛϩⲟⲩ ⲉ̀ⲫⲁϩⲟⲩ, Is. 49, 13-23 des. ⲛ̀ⲛⲉϭⲓϣⲓⲡⲓ, Ier. 31, 23-28, Hab. 3, 2-19, Zach. 2, 10-13, Is. 49, 6 inc. ϩⲏⲡⲡⲉ ⲁⲓϫⲁⲕ-11, Sap. 5, 1-7, Ps. 7, 7 inc. ⲧⲱⲛⲕ[b]-9 des. ⲉ̀ϩⲁⲛⲗⲁⲟⲥ, Ps. 11, 6, Ps. 23, 7-10, Ps. 46, 6-9, Ps. 67, 19, 33, 34 des. ⲥⲁⲛⲓⲙⲁ ⲛϣⲁⲓ, Ps. 75, 9 inc. ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ, 10, Ps. 77, 65, 66, Ps. 95, 1 inc. ϩⲱⲥ, 2, 10 des. ⲉ̀ⲣⲟⲩⲣⲟ, Ps. 96, 1 inc. ⲁ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅, 2, Ps. 97, 1 inc. ϩⲱⲥ, des. ⲛ̀ϫⲉⲡⲟ̅ⲥ̅, 2, Ps. 106, 13-15, Ps. 109, 1 inc. ⲡⲉϫⲉ, 2, Ps. 117, 22-24, 27, 25; [2] (ff. 447v-459v) officium diurnum, praemissa invocatione ⲥⲩⲛ ⲑⲉⲱ̀ ⲓⲥⲭⲩⲣⲟⲥ بسم الله القوى «In nomine Dei fortis»; [a] ff. 447v-448v, mane, ut Vat. 90; [b] ff. 448v-459v, ad missam, I Cor. ut Vat. 90, I Petr. 3, 15-4, 6, Act. ut Vat. 90, Ps. 117, 24, 25, Ioh. ut Vat. 34, psallia Adam ϭⲓⲟⲩⲱⲓⲛⲓ «Illuminare» (Philotheos al-Maqari-Michael Ğirğis, كتاب طروحات البسخة المقدسة, Cahirae, 1914, pp. ⲥ̅ⲛ̅ⲁ̅-ⲥ̅ⲛ̅ⲉ̅; cod. add. in fine versum ⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ).

Exaratus est codex a tribus amanuensibus: scripsit primus ff. 4-161v, 253v-332, lin. 5, partes nonnullas ff. 332-336, ff. 336v-344v, 414-429v, 450-460; calamum secundi librarii produnt ff. 162-253 et lineae ff. 332-336 a primo librario neglectae; tertiae manus sunt ff. 345-413v et 430-449v, quae sola nitide ductus exhibent chartae impressos ad margines, columellam arabicam et scripturae lineas definienda. Nulla occurrit nota fasciculorum; foliis librarii imposuerunt notas copticas (ⲁ̅-ⲩ̅ⲛ̅ⲏ̅; ff. 2-459) summo ang. ext. plagulae aversae, paginis vero numeros arabicos ١-٩١٦ summo ang. a dextris plagulae. Ornamentum f. 4, quo libri titulus كتاب البصخة continetur, lineis inter se innexis delineatum est pigmentisque rubro et flavo obductum; simile ornamentum in f. 245; item fascia f. 447v, sed solo minio picta. Eiusdem fere indolis est usus pigmenti rubri apud tres codicis librarios. Minio exarata sunt tituli dierum, horarum et lectionum, linea secunda, raro lineae secunda et tertia, quarumdam sectionum, lineae prima et secunda capitum triginta duorum Apocalypsis, monita liturgica, ductus ad voces cancellandas, signa dicta interpunctionis ac puncta quibus signantur lineolae super voces coarctatas et notas numericas vel quae infixa sunt litteris ⲫ, ⳝ et ϩ; minium etiam apparet in litteris marginalibus grandioribus et communibus, quae nonnunquam in ff. 4-314v pigmento etiam flavo distinguuntur. Scripta est interdum linea prima lectionum litteris altioribus haud raro minio tactis. Signis diacriticis nigris utuntur librarii pro textibus arabicis minio exaratis, item nigra sunt puncta in litteris ⲫ, ⳝ et ϩ minio effectis.

F. 201v, subscriptio secundi librarii: تم وكمل | ما يجب قراته يوم الخميس الكبير الذى هو يوم | خميس العهد من جمعة البسخة المقدسة | بسلام من الرب امين عوض يا رب من له تعب | فى ملكوتك الابدية واذكر المهتم والقارى | والسامع والناسخ وكل من وجد غلطة | واصلحها الله يصلح اموره فى هذا الدهر | الحاضر وفى الدهر الاتي امين « Desinit et absolutum est quod legendum est feria quinta magna seu feria quinta testamenti ex hebdomada Paschatis sancti. In

pace Domini. Amen. Retribue, Domine, in regno tuo aeterno illum cui cura fuit (huius codicis), et memor esto illius qui (codici) providit et lectoris et auditoris et calligraphi: et quicumque mendum invenerit correxeritque illud, Deus componet res eius in hoc saeculo et in saeculo venturo. Amen ». Prima pars subscriptionis « Desinit ... In pace Domini. Amen » sat frequenter in codice recurrit mutatis mutandis pro dierum diversitate. Ff. 459ᵛ, 460, subscriptio primi librarii: وكان الفراغ من هذه البسخة المقدسة يوم الاثنين المبارك ثاني شهر | توت القبطى من شهور ابتدا سنة ١٤٩٢ ⲁⲩϥⲃ للشهدا الاطهار الموافق فى ١٦ شهر | رجب الفرد سنة ١١٨٩ عربية للهجرة والمهتم بكتابت هذه البسخة | القس انطونى ملوخية وصرف عليها وكانت كتابتها بمنزل | المعلم يوحنا ابوا غبريال وكاتب الاحرف ناسخها الحقير داوود مينا | الجيزاوى الملقب بالموقع بالاسم شماس قبطى الجنس كاثوليكى | الاعتقاد تجثوا بهامته تحت اقدام كلمن اطلع على هذا الاحرف ويساله | المسامحة ومن وجد غلطة واصلحها الله يصلح اموره دنيا واخره | والمسيح الاهنا يعوض من له تعب فى ملكوت السموات || وكان المتعاهد بالصرف عليها من تسليم المعلم يوحنا ابوا | غبريال الموكل بذالك من اجرت ناسخ وخلافه ابينا المكرم | الخورى القس انطونى ملوخية وربنا يعوض من له تعب | فى ملكوت السموات | امين « Et evenit finis huius Paschatis sancti feria secunda benedicta, (die) secundo mensis tūt coptici e mensibus principii anni 1492 Martyrum purorum (= an. D. 1775), quod aequivalet (diei) 16 mensis rağab al-fard anni 1189 arabici hegirae. Et qui curam habuit de huius Paschatis descriptione est sacerdos Antonius Mulūḫiyah nummosque expendit pro ea, et descriptio eius facta est in domo magistri Yūḥanna abū Ġabriyāl; et scriptor litterarum, calligraphus eius, Dā'ūd Mīnā ex Ǧīzā, cognominatus scriba ab epistolis, diaconus nomine, copticus genere, catholicus (fidei) confessione, caput suum humiliat sub pedibus omnium qui has litteras lecturi sunt eosque benevolentiam rogat; et qui mendum invenerit correxeritque illud, Deus componet res eius in hoc mundo et vitam eius venturam; et Christus, Deus noster, in regno caelorum retribuet illum qui curam (codicis) gessit. Sponsor pro codicis expensis cum traderetur fuit magister Yūḥanna abū Ġabriyāl, procurator hac in re pro mercede librarii, et praeter eum pater noster venerandus presbyter sacerdos Antonius Mulūḫiyah; et Dominus noster retribuet in regno caelorum illum qui curam (codicis) gessit. Amen ». Inscriptiones codicis: f. 1, *28. Copht.*; *MSS. COPTI DI* | *MONSIG. TUKI.* | *NUM. XIII.* et *Alunno di Prop*(aganda) *Fide*; f. 2, *Officium Hebdomadę S*(anctae) | *Copto-Memphitica* | *dialecto* et, alia manu, *Cosi trovasi a p. 687 tutto il libro dell'Apocalissi,* | *fino a p. 829* (*in Arabo il numero delle pagine*). Summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-2.* Vac. ff. 1ᵛ, 2ᵛ-3ᵛ, 460ᵛ-461ᵛ. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide in ff. 4, 238 et 460.

Integumentum e corio rubro praebet in summo dorso notam *28* atramento exaratam; in imo dorso schedula detrita cum inscriptione *J-IV-2.* Acies foliorum rubra.

53 (olim J-IV-3). Saec. XVIII, chart., mm. 316 × 210, ff. 465, linn. 12-19.

Antiphonarium pro mensibus bašnas, ba'ūnah, abīb, misrī an-nasī, tūt et bābah, bohairice et arabice cum titulis mensium et dierum mere arabicis; cf. De Lacy O'Leary, *The Difnar of the Coptic Church*, fasc. I-III, Londini, 1926-1930, qui, in fasciculo tertio operis sui (= Lacy III), codicis par-

tem typis expressit, ff. scilicet 4-333, omissa tamen translatione arabica hymnorum (ⲯⲁⲗⲓ طرح) eorumque integrorum, e quibus solum quaterni aut quini versus in textu bohairico inveniuntur.

1 (ff. 4-84^{v}) Mensis bašnas (Lacy III, pp. 1-13).

2 (ff. 85-164^{v}) Mensis ba'ūnah (Lacy III, pp. 13-25).

3 (ff. 172-244) Mensis abīb (Lacy III, pp. 25-38).

4 (ff. 244^{v}-316^{v}) Mensis misrī (Lacy III, pp. 38-50).

5 (ff. 317-333) Mensis an-nasī (Lacy III, pp. 50-53).

6 (ff. 337-400) Mensis tūt; cf. De Lacy O'Leary, op. laud., fasc. I (= Lacy), pp. 1-26, ubi textus bohairicus hymnorum integre traditur iuxta cod. Mancuniensem copt. 22 bibliothecae John Rylands (cf. W. E. Crum, *Catalogue of the Coptic Manuscripts in the Collection of the John Rylands Library Manchester*, Mancunii, 1909, pp. 210-215, sub n. 435); codex, ut supra iam memoratum, quattuor primos tantum aut quinque hymnorum versus bohairice exhibet, arabice vero hymnos integros. Uterque textus copticus, si rectam scribendi rationem excipias, vix discrepat. [1] (ff. 337-338^{v}) Die 1; [2] (ff. 338^{v}-341) die 2; e strophis bohairicis ante iconem s. Iohannis Bapt. cantandis (Lacy, p. 3) solum exhibentur ⲗⲁⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ, ⲡⲁⲓⲫⲱⲥⲧⲏⲣ̄ⲃ̄, ⲙⲁⲣⲉⲛⲑⲱⲟⲩϯ et ⲡⲓⲡ̄ⲣⲟⲇⲣⲟⲙⲟⲥ; [3] (ff. 341-342^{v}) die 3; [4] (ff. 342^{v}-344) die 4; [5] (ff. 344-346) die 5; [6] (ff. 346-347^{v}) die 6; [7] (ff. 347^{v}-349^{v}) die 7; [8] (ff. 349^{v}-351) die 8; [9] (ff. 351^{v}-353) die 9; [10] (ff. 353-354^{v}) die 10; [11] (ff. 354^{v}-356^{v}) die 11; [12] (ff. 356^{v}-358^{v}) die 12; [13] (ff. 358^{v}-360^{v}) die 13; [14] (ff. 360^{v}-362^{v}) die 14; [15] (ff. 362^{v}-365^{v}) die 15; e strophis bohairicis ante iconem s. Stephani cantandis (Lacy, p. 13) solum exhibentur ⲥⲧⲉⲫⲉⲛⲟⲥ, ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ, ϫⲉϩⲏⲡⲡⲉ et ⲉⲧⲁⲩⲥⲱⲧⲉⲙ; [16] (ff. 365^{v}-367^{v}) die 16; [17] (ff. 367^{v}-371^{v}) die 17; ex hymno bohairico ad processionem crucis cantando (Lacy, p. 16) solum exhibentur quattuor primae strophae; [18] (ff. 371^{v}-373^{v}) die 18; [19] (ff. 373^{v}-375^{v}) die 19; [20] (ff. 375^{v}-377^{v}) die 20; [21] (ff. 378-381) die 21; ex hymno bohairico ante iconem B. Virginis Mariae cantando (Lacy, p. 19) solum exhibentur quattuor primae strophae; [22] (ff. 381-383) die 22; [23] (ff. 383-385) die 23; [24] (ff. 385-387) die 24; [25] (ff. 387-389) die 25; [26] (ff. 389-391) die 26; [27] (ff. 391-393^{v}) die 27; [28] (ff. 393^{v}-396) die 28; [29] (ff. 396-398) die 29; [30] (ff. 398-400) die 30.

7 (ff. 400^{v}-463) Mensis bābah (De Lacy O'Leary, op. laud., fasc. I, pp. 26-49, hymnis iuxta codicem Mancuniensem supra memoratum integre bohairice evulgatis; vide dicta ad mensem tūt). [1] (ff. 400^{v}-402^{v}) Die 1;

2 (ff. 402v-404v) die 2; 3 (ff. 405-406v) die 3; 4 (ff. 406v-409) die 4; 5 (ff. 409-411) die 5; 6 (ff. 411-413) die 6; 7 (ff. 413-415) die 7; 8 (ff. 415v-418) die 8; 9 (ff. 418-420) die 9; 10 (ff. 420-422v) die 10; e strophis bohairicis ante iconem ss. Sergii et Bacchi cantandis (Lacy, p. 33) solum exhibentur ⲭⲉⲣⲉ ⲥⲉⲣⲅⲓⲟⲥ, ⲁⲩⲉⲛϥ, ⲁⲛⲓϩⲓⲡⲉⲣⲉⲧⲏⲥ et ⲛ̀ⲫⲁⲉ̀; 11 (ff. 422v-424v) die 11; 12 (ff. 424v-427v) die 12; e strophis bohairicis ante iconem s. Matthaei evang. cantandis (Lacy, pp. 34, 35) solum exhibentur ⲉⲧⲉϥⲥⲱⲧⲉⲙ, ⲁϥⲙⲟⲩ, ⲁϥⲛⲁϩϯ et ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϣⲁ ⲛⲉϥ; 13 (ff. 427v-429) die 13; 14 (ff. 429-431) die 14; 15 (ff. 431-433) die 15; 16 (ff. 433-435) die 16; 17 (ff. 435-437) die 17; 18 (ff. 437-439) die 18; 19 (ff. 439-440v) die 19; 20 (ff. 440v-442v) die 20; 21 (ff. 442v-445) die 21; ex hymno bohairico ante iconem B. Mariae Virginis cantando (Lacy, pp. 41, 42) solum exhibentur quattuor primae strophae; 22 (ff. 445-447) die 22; 23 (ff. 447-449) die 23; 24 (ff. 449-451) die 24; 25 (ff. 451-453) die 25; 26 (ff. 453-455v) die 26; ex hymno bohairico in monasterio s. Antonii pro martyribus cantando (Lacy, pp. 45, 46) solum exhibentur strophae ⲛⲓⲉ̀ⲅⲓⲟⲥ, ⲁⲩϫⲱⲕ, ⲁⲩⲧⲟⲃⲟⲩ et ⲁⲩϯ ϩⲓⲱ̀ⲧⲟⲩ; 27 (ff. 455v-457v) die 27; 28 (ff. 457v-459) die 28; 29 (ff. 459v-461) die 29; 30 (ff. 461v-463) die 30.

8 (ff. 463v-465) Psalliae pro patriarchia illius temporis: 1 (ff. 463v, 464) psallia Adam ⲕⲁⲗⲱⲥ ⲁϥϣⲁⲓ ⲛⲉⲛ «Pulchre ortus est nobis»; des. copt. ⲛⲉⲙⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛ̀ϩⲓⲣⲓⲛⲓⲕⲟⲛ «et tempus magnum pacificum», arab.: خليفة انبا مرقس الرسول الانجيلى بصلوات «successor abba Marci apostoli, evangelistae. Per preces»; 2 (ff. 464-465) psallia Batos ⲱ ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉ̀ⲣⲉⲩⲥ «O magne archisacerdos»; des. copt.: ⲉ̀ⲧⲉⲛⲉϥⲥⲃⲱⲟⲩⲓ̀ ⲫⲟϩ ϣⲁⲉⲩⲣⲏϫⲥ ⲛ̀ϯⲟⲓⲕⲟⲙⲁⲛⲏ «cuius doctrinae perveniunt usque ad fines universi»; arab.: انت الكاهن الى الابد لطقس ملكيزاداق اطلب من الرب عنا «tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Roga Dominum pro nobis».

Paucae in textu emendationes diversi calami. Ordo ff. 302 et 303 olim turbatus recenter restitutus est.

Conflatus est codex, ut testantur notatio foliorum et fasciculorum, ornamenta ff. 3v, 171v, 336v, tituli in ff. 4, 172, 337, et subscriptiones in ff. 161v, 164v, 333 ac 465, e tribus partibus distinctis, ab eodem tamen librario nitide conscriptis: pars prima (ff. ⲁ̅–ⲣ̅ⲟ̅ⲑ̅ [pro ⲣ̅ⲝ̅ⲑ̅], ff. 2-169), fasciculos complectitur septemdecim ⲁ̅–ⲓ̅ⲍ̅ qui omnes quiniones sunt praeter fasc. ⲏ̅ quaternionem; partem secundam, (ff. ⲁ̅–ⲣ̅ⲝ̅ⲁ̅, ff. 170-335), efficiunt quiniones ⲁ̅–ⲉ̅, senio ⲋ̅, quaternio ⲍ̅, quiniones ⲏ̅–ⲓ̅ⲉ̅, quaternio ⲓ̅ⲋ̅ et ternio ⲓ̅ⲍ̅ (ff. 300 et 301 absque nota extra seriem adiectis); pars tertia, (ff. 〈1 extra seriem〉-〈ⲣ̅ⲕ̅ⲏ̅〉 ff. 336-465), constat quinionibus tredecim ⲁ̅–ⲓ̅ⲁ̅ (nota ⲁ̅ oscitatione librarii praeter-

missa). Appositae sunt foliorum notae in summis ff. aversis ubi occupant angulum externum; notae fasciculorum vero in ang. sup. int. ultimae plagulae et in utroque ang. sup. plagulae primae, norma tamen nonnumquam neglecta praesertim in parte tertia. Eaedem plagulae extremae exhibent in medio mg. summo ornamentum, lineis inter se innexis delineatum et pigmentis illitum rubro et viridi (quandoque etiam flavo in parte tertia), inter inscriptiones ⲓ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲥ̅ (vel ⲡⲭ̅ⲥ̅) in pagina aversa et ⲩ̅ⲥ̅ (vel ⲓ̅ⲥ̅) ⲑ̅ⲥ̅ in pagina recta; ornamentum, inscriptiones et notam fasciculi atramento exarata exhibent insuper ff. 302 (olim 303) et 310^{v}. Ff. 3^{v}, 171^{v} et 336^{v}, initium singularum partium praecedit crux integram paginam tenens lineis inter se innexis confecta, et f. 336^{v} ramis et avibus exornata, pigmentisque obducta rubro, croceo et viridi in ff. 3^{v} et 336^{v}, rubro et viridi in f. 171^{v}, inter inscriptiones ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ (f. 3^{v}), ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲓ ⲛⲁⲛ (f. 171^{v}) et ⲁ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲏⲓ ⲱ (f. 336^{v}). Item similis indolis sunt iisdemque coloribus distinguuntur ornamenta maiora in initio mensium, praeterquam f. 244^{v} fascia solo atramento delineata, et rami, flores et aves in mg. externo ff. 4 et 172. Variis coloribus, maxime rubro, maculantur litterae initiales maiores passim. Minio exarata sunt titulus psalliae, linea prima quarumdam psalliarum, vel linea secunda aut lineae secunda et tertia ubi linea prima litteris grandioribus partim minio tactis effecta est, quaedam litterae marginales, signa dicta interpunctionis, ductus cancellationis et puncta litteris ϕ, ϭ et ϩ infixa; minio tacta sunt litterae marginales communes, lineae in fine sectionum, lineolae super notas numericas ac vocabulorum compendia et signa interpunctionis in textu arabico.

Librarii subscriptiones: f. 84^{v}, كمل شهر بشنس بمعونة ربنا والاهنا يسوع المسيح | فهو برحمته يغفر خطايا المهتم والقانى والقارى | والمسكين ناقله بمنه وكرمه وتحننه له المجد دايما امين « Absolutus est mensis bašnas auxilio Domini nostri et Dei nostri Iesu Christi; et ipse miseratione sua condonet peccata illius qui (codicis) curam habuit et possessoris et lectoris et pauperis eius calligraphi per gratiam suam et liberalitatem suam et misericordiam suam; ipsi gloria semper. Amen »; f. 161^{v}, كمل شهر بوونة وبكماله كمل هذا | الجزو المبارك نقل من نسخة قديمة من دير | القديس العظيم انبا انطونيوس الرب يرحم | المهتم والقانى والقارى والمسكين فالخطاة الخاطى | بصلواته ويشمل ساير المومين (sic) ببركاته امين « Absolutus est mensis ba'ūnah et absolutione eius absoluta est haec pars benedicta; descripta est e codice antiquo e monasterio sancti potentis abba Antonii; Dominus misereatur illius qui (codicis) curam habuit et possessoris et lectoris et pauperis ... peccatoris per preces eius comprehendatque reliquos credentes in benedictionibus eius. Amen »; f. 164^{v}, وبكماله كمل الكتاب الطاهر بمعونة المسيح | الذى يجب له التمجيد والوقار وال⟨ː⟩سبيح فهو | برحمته وجزيل تحننه يضع رحمة مع المهتم | والقانى والقارى والمسكين الناقل وله المجد | دايما ابدا وعلينا رحمته سرمدا امين | امين امين امين « Et absolutione eius absolutus est liber purus auxilio Christi quem decet laus, honor et laudatio; et ipse miseratione sua et multae misericordiae suae misericors sit erga illum qui curam habuit et possessorem et lectorem et pauperem calligraphum, et ipsi gloria semper, in aeternum, et super nos misericordia eius in sempiternum. Amen. Amen. Amen. Amen »; f. 244, كمل شهر ابيب بمعونة الله سبحانه وتعالى | ذكره له المجد الى اباد الدهور كلها وعصور العصور | وعلينا نعمته ورحمته امين « Absolutus est mensis abīb auxilio Dei, ei sit laus et exaltetur memoria eius; ei gloria in saeculum omnium saeculorum et in tempora temporum, et super nos gratia eius et

misericordia eius. Amen »; f. 316v, كمل شهر مسرى بمعونة الله جل جلاله | ويتلوه ما يختص بالشهر الصغير اى النسى « Absolutus est mensis misrī auxilio Dei, magna est maiestas eius, et excipit illum id quod proprium est mensi parvo seu an-nasī »; f. 333, وبكماله كمل الكتاب المطهر دفنار شهرى | ابيب ومسرى الرب الاله يضع رحمة وغفران | خطايا المهتم والقانى والقارى وجميع المسيحيين | والمسكين الذليل الخاطى يطلب ويتضرع من فضل | محبتكم فى المسيح الاهنا تدعوا له بغفران خطاياه | هو وجميع بنى المعمودية بسلام من الله وفضله ورحمته امين, cuius sensus, paucis mutatis, habetur in praecedentibus; f. 400, تم كملت شهر توت بسلام المسيح الاهنا | يضع رحمة مع المهتم والقانى | والقارى والمسكين ناسخه امين | امين, cuius sensus datur in notula f. 164v; f. 463, كمل شهر بابة المبارك بمعونة ربنا والاهنا وخلصنا يسوع المسيح | الذى يجب له التسبيح والمجد والاكرام الى الابد والان وكل اوان امين | والمسيح الاهنا يضع رحمة مع المهتم والقانى والقارى والمسكين | ناقله بصلوات جميع القديسين امين, sensus fere ut in notula f. 164v; f. 465, وبكماله كمل الدفنار لشهرى توت وبابة | والمجد لواهب العقل والمعطى الفهم لبنى | البشر الى اباد الدهور وعلينا رحمته امين | المسيح الهنا يغفر خطايانا بصلوات جميع القديسين | والمهتم والقارى والقانى والمسكين ناقله بطلبات | جميع القديسين امين | امين, cuius sensus, paucis exceptis, datur in praecedentibus. F. 1: *35. Copht.*; *MSS COPTI DI* | *MONSIG. TUKI.* | *NUM. XXV.* et *Alunno di Prop*(aganda) *Fide*. Summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-3*. Vac. ff. 1v-3r, 165r-171r, 300r-301v (sine textus detrimento), 333v-336r, 417r-v (sine textus detrimento) et 465v. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide exhibent ff. 3v, 270 et 465, in imo mg.

Integumentum e corio castaneo fusco praebet in imo dorso schedulam detritam cum inscriptione [*J*]-*IV-3*. Acies foliorum rubra.

54 (olim J-IV-4). An. 1760 (= an. Mart. 1477; cf. ff. 77v, 144), chart. mm. 265 × 203, ff. 222, linn. 17-28.

Antiphonarium pro mensibus ba'ūnah, abīb, misrī et an-nasī, bohairice et arabice, a Raphaele Tuki e codd. Borgianis copticis 101, 102 et 104 descriptum.

1 (ff. 2-77v) Mensis ba'ūnah (Borg. 101, ff. 2-193).

2 (ff. 78-144) Mensis abīb (Borg. 102, ff. 2-176).

3 (ff. 144v-201) Mensis misrī (Borg. 104, ff. 2-165v).

4 (ff. 201-218v) Mensis an-nasī (Borg. 104, ff. 166-215v).

Codex scripturam prodit Raphaelis Tuki aetatis iam aliquantulum provectae. Paginae signatae sunt *1-440* (ff. 2-221v) in ang. sup. externo. Subscriptiones: f. 77v, وكان الفراغ من نسخ هذا الكتاب الذى هو دفنار شهر بوونة | فى الساعة التاسعة من يوم الاثنين ⲏ̅ بابة سنة ١٤٧٧ | للشهدا الاطهار وقد نسخ من نسخة تاريخها سنة ١٤٧٥ | وتلك النسخة نقلت من نسخة محررة على قدر حسب الطاقة | ببيعة الست السيدة العذرا الطاهرة مرتمريم بحارة زويلة | تاريخها يوم الخميس عاشر شهر مسرى سنة الف ومائة | وواحد للشهدا الاطهار بركاتهم المقدسة تكون معنا | امين « Et absoluta est descriptio huius libri, qui est antiphonarium mensis ba'ūnah, hora nona feriae secundae, octavo (die mensis) bābah anni 1477 Martyrum purorum; et descriptus

est e codice cuius epocha erat annus 1475, et hic codex descriptus erat e codice exarato pro mensura virium in ecclesia dominae Dominae Virginis sanctae Dominae Mariae in vico Zuwaylah, cuiusque (codicis) epocha erat dies decimus quintus mensis misrī anni millesimi centesimi primi Martyrum purorum (= an. D. 1385); benedictiones eorum sanctae sint nobiscum. Amen »; f. 144, وكان الفراغ من نسخ هذا الكتاب الذى هو دفنار شهر ابيب المبارك | فى الساعة الحادية عشر من اليوم السادس والعشرين من بابة سنة ١٤٧٧ | للشهدا الاطهار وهذه نقلت من نسخة متخذة (?) من كنيسة الست | السيدة بحارة زويلة قد به تاريخها يوم الخميس ١٠ شهر مسرى سنة ١١٠١ | للشهدا بدير ابونا انطونيوس بالعربة بجبل القلزم « Et absoluta est descriptio huius libri, qui est antiphonarium mensis abīb benedicti, hora undecima diei vigesimi sexti (mensis) bābah, anno 1477 Martyrum purorum, et ipse descriptus est e codice desumpto ex ecclesia dominae Dominae in vico Zuwaylah — cum in ipso (scripta erat) eius epocha: feria quinta, (dies) 10 mensis misrī anni 1101 Martyrum —, in monasterio patris nostri Antonii, in al-'Arabah, in monte al-Qulzum »; ff. 218ᵛ, 219, وكان الفراغ من هذا الكتاب الذى هو دفنار لشهرى | مسرى والنسى فى سابع ساعة (e voce lectu ardua emend.) من اليوم الثانى من هتور | سنة ١٤٥٨ (sic) للشهدا وهذه النسخة نسخت على نسخة | نقلت من نسخة قديمة بكنيسة السيدة بحارة زويلة | تاريخها يوم الخميس السابع عشر من شهر مسرى سنة | الف ومائة وثلثة للشهدا وكان كماله بدير القديس || العظيم انطونيوس بدير العربة بجبل القلزم والحمد لله « Absolutus est hic liber, qui est antiphonarium pro mensibus misrī et an-nasī, hora septima diei secundi (mensis) hatūr, anno 1458 (sic, pro 1478?) Martyrum; et hic codex descriptus est e codice transcripto e codice vetere in ecclesia Dominae in vico Zuwaylah, cuius (codicis) epocha erat feria quinta, (dies) decimus septimus mensis misrī anni millesimi centesimi tertii Martyrum (= an. D. 1387); et absolutus est codex in monasterio sancti potentis Antonii, in monasterio al-'Arabah in monte al-Qulzum. Et gloria Deo ». F. 1: *36. Copht.*; *MSS. COPTI | DI. MONSIG. TUKI | NUM. 26.* et *Alunno del Ven. Collegio Urbano de Propaganda Fide.* Summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-4*. Vac. ff. 1ᵛ, 219ᵛ-222ᵛ. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide exhibent ff. 2, 129 et 219.

Integumentum membranaceum praebet in summo dorso notam *36* atramento exaratam; in imo dorso schedula detrita cum inscriptione [*J-IV*]-*4*. Acies foliorum pigmentis rubro et viridi conspersa est.

55 (olim J-IV-5). Saec. XVIII post med., chart., mm. 264 × 193, ff. 206, linn. numerus in singulis plagulis multum varius.

Miscellanea biblica, hagiographica et patristica a Raphaele Tuki e codicibus Borgianis descripta, sahidice.

1 (ff. 1-2ᵛ, 4ʳ·ᵛ, 3ʳ·ᵛ, 5ʳ·ᵛ) Miracula s. Colluthi (cod. Borg. copt. 109¹⁴¹, ff. 5ʳ·ᵛ, 7ʳ·ᵛ, 9ʳ·ᵛ, 11ʳ·ᵛ, 13ʳ·ᵛ, sine textus detrimento; cf. G. Zoega, *Catalogus codicum copticorum*, Romae, 1810, n. CXLI, pp. 237, 238); textum ad fidem exemplaris typis expressit Augustinus Antonius Georgius, *De miraculis sancti Coluthi et reliquiis actorum sancti Panesniv martyrum*, Romae, 1793, pp. 17-24.

2 (ff. 15-28ᵛ) Ioh. 6, 21-23, 25-58, 69; 7, 1-52; 8, 12-16 des. ⲧⲁⲕⲣⲓⲥⲓⲥ ⲟⲩ (primis versiculis mutilatis propter folium lacerum; Borg. copt. 109[65], 2ª pars, ff. 5, 7, 9, 11, 13, 15, 17, 19, 21, 23, 25, 27, sine textus detrimento; cf. Zoega, op. laud., n. LXV, p. 184).

3 (ff. 29-36ᵛ) Homiliae. [1] (ff. 29-30) Homiliae conclusio (e titulo homiliae sequentis [ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲕⲉⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲡⲉⲭⲣⲏⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ] deducere licet etiam hanc homiliam s. Iohanni Chrysostomo fuisse adscriptam); inc.: ⲛⲁⲟⲃϣϥ̄ ⲉⲧⲙ̄ϯ ⲛ̄ⲧⲁⲓⲙⲏ ⲉⲧⲡⲣⲉⲡⲉⲓ ⲙ̄ⲡⲉⲧϩⲙⲟⲟⲥ ϩⲓⲡⲉϥⲑⲣⲟⲛⲟⲥ «oblitus erit, ut non tribueret honorem qui decet sedentem super thronum suum»; des.: ⲙ̄ⲡⲉⲛϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̄ⲥ̄ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲁⲓ̈ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ... ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ϣⲁⲛⲁⲓⲱⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲁⲓⲱⲛ ϩⲁⲙⲏⲛ «Domini nostri Iesu Christi, illius a quo ... nunc et semper et in omnia saecula saeculorum. Amen» (exemplar hodie asservatur in Bibliotheca Nationali Neapolitana signatum I. B. 11. 429, f. 5ʳ·ᵛ; cf. Zoega, op. laud., n. CCLII, pp. 607, 608); [2] (ff. 30-36ᵛ) Homilia de iudicio s. Iohanni Chrysostomo adscripta, sub titulo ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲕⲉⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲡⲉⲭⲣⲏⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲕⲱⲥⲧⲁⲛⲧ⟨ⲓ⟩ⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲁϥⲧⲁⲩⲟϥ ⲉ̀ⲧⲃⲉⲧⲉⲕⲣⲓⲥⲓⲥ ⲉⲧⲛⲁϣⲱⲡⲉ ϫⲉⲛϣⲁⲛⲕⲁⲡⲉⲥⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ϩⲙ̄ⲡⲉⲛϩⲏⲧ ⲙⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲙ̄ⲡⲁⲑⲟⲥ ϭⲙ̄ϭⲟⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ⲁⲩⲱ ϫⲉϩⲉⲛϩⲃⲏⲩⲉ ⲉⲩⲙⲉϩ ⲛ̄ⲛⲉϩϣⲗ̄ϩ̄ϥⲛⲉ ⲛⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲉⲕⲕⲗⲩⲥ⟨ⲓ⟩ⲁ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲉⲛ̄ⲛⲁ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ̄ϩⲏⲕⲉ ϩⲛⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉⲡ(ⲛⲟⲩⲧⲉ) «Pariter alius sermo Chrysostomi, sancti apa Iohannis, archiepiscopi Constantinopolitani, quem protulit de iudicio futuro, quodsi memoriam eius in corde nostro ponamus nulla passio praevalebit super nos; et quod res terroris plenae sunt mysteria Ecclesiae; et de misericordia erga pauperes. In pace Dei». Inc.: ⲛⲁⲙⲉⲣⲁⲧⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧ̄ⲣⲉϩⲟⲓ̈ⲛⲉ ⲛϩⲏⲧⲛ̄ ϩⲉ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϫⲉⲛ̄ⲥⲉⲕⲟⲗⲁⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲛ ⲁⲛ ⲙ̄ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲛ̄ⲥⲉⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲟⲛⲉⲓ̈ ⲛ̄ⲧⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ «Dilecti mei, ne quidam ex nobis incidant in illam (opinionem), supplicium parvi facientes, quod non castigabunt nos in illo loco»; des. mutil.: ⲛ̄ⲁϣ ⲛϩⲉ ⲉⲩⲛⲁⲟⲩⲱⲛ̄ϩ̄ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϭⲓⲛ̄ϩⲁⲡ ⲙ̄ⲙⲉ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲉ⟨ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ⟩ «quomodo enim revelarentur iudicia vera et iusta Dei?» (cod. Neapol. I. B. 11. 429, ff. 5ᵛ-9ᵛ, col. b, lin. 17; Zoega, loco laud.; reliquam homiliae partem a Tuki descriptam servat cod. Borg. copt. 44, ff. 86-99ᵛ; vide dicta supra p. 175).

4 (ff. 80-82, 37-61ᵛ, 84-86ᵛ) Ex operibus apa Isaiae. [1] (ff. 80-81ᵛ) Sermonis conclusio, inc.: ⲧⲁⲅⲁⲡⲏⲡⲉ ⲧⲙ̄ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ ⲧ̄ⲙⲛ̄ⲧϩⲁⲣϣϩⲏⲧⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲙ̄ⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉ̀ⲗⲁⲁⲩ ⲙ̄ⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲉⲧϩⲓⲧⲟⲩⲱⲕ «caritas est non iudicare quemquam; longanimitas est non recordari malum

aliquod proximi »; des.: **ⲁⲩⲱ ⲛ̄ϥⲛⲁⲟⲃϣϥ ⲁⲛ ⲉⲧⲙ̄ⲃⲟⲏⲑⲉⲓ ⲉⲧⲉⲛⲙⲛ̄ⲧϭⲱⲃ ϩⲓⲧⲛ̄ⲛⲉϥⲙⲛ̄ⲧϣⲁⲛϩⲧⲏϥ ϣⲁⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ** « et non obliviscetur non (sic) adiuvare infirmitatem nostram miserationibus suis in saeculum saeculi. Amen » (exemplar hodie asservatur in Bibliotheca Nationali Neapolitana signatum I. B. 9. 405, f. 1r.v; cf. Zoega, op. laud., n. CCXXVI, pp. 551, 552); [2] (ff. 82r, 37-49) epistola ad fratrem quemdam, sub titulo **ⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛ̄ⲧⲉⲁⲡⲁ ⲏⲥⲁⲓⲁⲥ ϣⲁⲟⲩⲥⲟⲛ ⲉϥⲥϭⲣⲁϩⲧ ⲉ̀ⲁϥⲧⲛ̄ⲛⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡϩⲗⲗⲟ ϫⲉⲧ̄ⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉϩⲉⲛⲥⲙⲏ ϩⲱⲥ ϫⲉϩⲉⲛⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥⲛⲉ ⲁⲩⲱ ⲁϥⲁⲓⲧⲓ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲧⲣⲉϥⲧⲁⲙⲟϥ ϫⲉⲟⲩⲡⲉ ⲡⲉⲓϩⲱⲃ** « Epistola apa Isaiae ad fratrem contemplativum qui seni nuntiaverat: ‘Audio voces quasi angelorum essent’ rogaveratque eum ut doceret illum quid esset haec res »; inc.: **ⲁⲟⲩⲁ ϫⲟⲟⲥ ϩⲛ̄ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ϫⲉⲉⲣⲉⲧⲙ̄ⲡⲣⲱⲙⲉ ϫⲡⲟ ⲛⲁϥ ⲛ̄ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ̄ⲡ̄ⲙⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ** « Dixit unus e senioribus: ‘Si homo non gignit sibi fidem in Deum et amorem erga eum’ »; des: **ⲁⲗⲗⲁ ϣⲁⲥϩⲏⲗⲁⲛⲏ ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ ⲁⲩⲱ ϣⲁⲥⲥⲩⲙⲫⲟⲛⲉⲓ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲉⲧⲃⲉⲡⲁⲓ̈ ϣⲁⲥϫⲉⲡⲉⲥⲟⲩⲟ̀ⲉⲓϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲥⲟ ⲛⲁϭⲣⲏⲛ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲁⲧⲕⲁⲣⲡⲟⲥ** « sed (anima) laetatur in iis et consentit cum eis, ideo tempus suum traducit sterilis et sine fructu » (cod. Neapol. I. B. 9. 405, ff. 1v-7; Zoega, loco laud.); [3] (ff. 49-61v, 84-86v) de ramis malitiae, fine mutil.; praevio titulo **ⲉⲧⲃⲉⲛⲉⲕⲗⲁⲇⲟⲥ ⲛ̄ⲧ̄ⲕⲁⲕⲓⲁ̀**, inc.: **ⲟⲩⲁⲛⲁⲕⲁⲓⲟⲛⲡⲉ ⲉⲧⲣⲉ**(lege **ⲉⲧⲣⲁ**)**ϣⲁϫⲉ ⲉⲧⲣⲉ**(lege **ⲉⲧⲃⲉ**)**ⲛⲉⲕⲗⲁⲗⲟⲥ** (sic) **ⲛ̄ⲧ̄ⲕⲁⲕⲓⲁ** « Oportet ut loquar de malitiae ramis »; des.: **ⲙⲁⲣⲛ̄ϥⲓⲡⲣⲟⲟⲩϣ ⲟⲩⲛ ⲙ̄ⲡⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ ⲱ̀ ⲛⲁⲙⲉⲣⲁⲧⲉ** « curam ergo habeamus de salute nostra, o dilecti mei » (cod. Neapol. I. B. 9. 405, ff. 7-13v; Zoega, loco laud.; *P. G.*, t. 40, coll. 1197-1199, partim consentit).

5 (ff. 63-64v) Subscriptio librarii quam praebet cod. Neapol. I. B. 1. 343, f. 15v (typis subscriptionem expressit iuxta exemplar Arn. van Lantschoot, *Recueil des colophons des manuscrits chrétiens d'Égypte*, t. I, *Les colophons coptes des manuscrits sahidiques*, Lovanii, 1929, pp. 102, 103).

6 (ff. 66-67v, 70r.v, 89-172) Narratio de Georgio Cappadoce et s. Athanasio Alexandrino (exemplar [cod. Borg. 109[161]] quater integre in foliis descripsit Tuki, scil.: *a* ff. 90-95v, 66-67v; *b* ff. 106-120v; *c* ff. 124-129v, 96-99; *d* ff. 132-139v, 102-105v; ceteris in foliis [ff. 70r.v, 89r.v, 144-172] initium narrationis vel excerptum ex ea modo longius modo brevius exaratum est); inc.: **ⲧ̄ⲟⲩⲱ ϩⲛ̄ⲧ̄ⲃⲱ ⲛ̄ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ ⲁⲩⲱ ⲓⲟⲩⲇⲁⲥ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϣⲱⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲣⲟⲇⲱⲧⲏⲥ ⲟⲩⲁⲡⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲛ̄⟨ⲙ̄⟩ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲙ̄ⲡ̄ⲥⲱⲧⲏⲣ** « Germinavit (?) in vite; et Iudas, qui fuit proditor, unus erat ex discipulis Servatoris »; des.: **ⲡⲁⲓ̈ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥⲱⲟⲩϩⲙ̄** (exemplar: **ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥⲱ-**

ⲟⲩϩ̄ϥ) ⲉϩⲟⲩⲛ ⲙⲛ̄ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲁⲛⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲙ̄ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ ⲁⲁϥ ⲛⲟⲩⲁⲣⲕⲁⲛⲟⲛ ⲛ̄ⲟⲩ « quem exceperunt pietatis gratia, verterunt eum homines mali in instrumentum ... » (Borg. 109[161], ff. 1-6v; Zoega, op. laud., n. CLXI, pp. 269-271).

7 (ff. 72-79v, 192-204v) Biblica. [1] (ff. 74-75v, 72) Marc. 14, 69-15, 15 des. ⲁϥϥⲣⲁⲅⲉⲗⲗⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ (Borg. copt. 109[52], f. 1; Zoega, op. laud., n. LII, p. 182); [2] (ff. 192-198v, 76-79v, 199-204v) Ezech. 26, 20 inc. ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲥⲉⲧⲙ̄ⲧⲁϩⲟ -30, 13 des. ⲛⲙ̄ⲙⲉⲅⲓⲥⲧⲁⲛⲟⲥ (Borg. copt. 109[29], pp. ⲡ̄ⲅ̄-ϥ̄ⲗ̄; Zoega, op. laud., n. XXIX, p. 179).

8 (f. 88) Homiliae fragmentum, inc.: ⲛ̄ⲧⲁⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲙ̄ⲙⲁⲧⲉ ⲁⲛ ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲩⲛⲉϭⲛⲟⲩϭⲟϥ ϩⲛ̄ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲁⲧϣⲓⲡⲉ « non solum cogitaverunt sed deriserunt eum in impudentia »; des.: ⲧⲁⲣⲉⲧⲏ ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲥⲧⲱⲟⲩⲛ ϩⲁϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ̄ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲛ̄ⲛⲉⲩϫⲣⲟ ⲉⲣⲟⲥ ⲉⲡⲧⲏⲣϥ « virtus enim sustinebat omnem rem ne ullo modo devincerent eam ».

9 (ff. 176-177v) Excerptum ex apophthegmatibus Patrum, inc.: ⲁϥϯⲧⲉⲧⲛⲁⲛ{ⲟⲩ}ⲟⲩⲥ ⲁϥⲕⲁⲧⲉⲧϩⲟⲟⲩ « dedit (vestimentum, ϭⲁϭⲓⲧⲱⲛ) novum, servavit deterius »; des.: ⲉⲓⲥ ⲙⲛ̄ⲧⲟⲩⲉ ⲛ̄ⲉⲃⲟⲧ ϯϩⲙ̄ⲡⲉⲓⲧⲟⲟⲩ ⲁⲩⲱ « ecce undecim menses quod sum in hoc monasterio et » (cod. Neapol. I. B. 17. 484, f. 42r.v; Zoega, op. laud., n. CLXIX, p. 352, lin. 12-p. 353, lin. 12).

10 (ff. 178-190) Biblica. [1] (f. 183) I Reg. 22, 21-23, 1 (in summo folio I Reg. 23, 5 ϩⲛ̄ⲧⲕⲉⲉⲓⲗⲁ, 6; Borg. copt. 109[15], p. ⲡ̄ⲁ̄, col. a, linn. 1-28; Zoega, op. laud., n. XV, p. 176); [2] (ff. 184-189v, 178-182v) II Reg. 12, 30 inc. ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲉϥ ϩⲓϫⲛ̄ⲧⲁⲡⲉ-15, 2 des. ⲉϫⲓϩⲁⲡ ϩⲓ (Borg. copt. 109[15], pp. ⲗ̄ⲑ̄, col. b, lin. 9 a. fin.-ⲛ̄; Zoega, loco laud.); [3] (f. 190) Ioh. 6, 31-34 (coptice); 6, 34-38 (graece; Borg. copt. 109[65], 2a pars, f. 7r.v; Zoega, op. laud., n. LXV, p. 184).

Codex tumultuarie compactus varios scripturae ductus exhibet Raphaelis Tuki iam aetate provecti manuque tremula haud raro delineatos. Notae primigeniae foliorum: *2* (f. 2), ⲥ̄ⲕ̄ⲑ̄ *129* (f. 5; pro *229*; nota scil. exemplaris; item infra in ff. 30v-33 et 80v), *1-12* (ff. 15v-28, ff. 19 et 21 sine nota), *1* (f. 29), *2* (f. 29v), *3* (f. 30), ⲣ̄ⲗ̄ *130* (f. 30v), ⲣ̄ⲗ̄ⲃ̄, ⲙ̄ⲁ̄ (f. 31), ⲣ̄ⲗ̄ⲅ̄ (f. 31v), ⲣ̄ⲗ̄ⲗ̄ (f. 32), ⲣ̄ⲗ̄ⲉ̄ (?; f. 33), ⲣ̄ⲛ̄ⲑ̄ (?; f. 80v). F. 1, summo mg.: *MSS. Copti di Monsig. Tuki* | *Alunno di Propaganda Fide. Num. 66*; summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-5*; in folio recto laterculo posteriori interno agglutinato, codicis summa: *1. Fragmentum Martyrii S. Coluthi Sahidice* | *2. Fragmenta Sahidica Evangelii S. Iohannis.* (*Incipiunt a vers. 22 capitis VI.* cancell.) | *Sono gli stessi che il Padre Giorgi pubblicò.* | *3. Fràgmentum Homiliae S. Iohannis Chrysostomi de Iudicio futuro* | *Aliae sequuntur Homiliae Patrum,* (vox canc.) *seu Tractatus de vitiis et virtutibus: segue* (ex *seguono* emend.) *in* | *fine* (*le sottoscrizioni degli* cancell. et *l'epi-*

grafe suprascript.) *dell'amanuense* (*di quel* cancell.) *del libro medesimo, da cui il Tuki* | *copiava* | *4. Fragmentum vitae S. Georgii*.. *più sotto se ne trova*(*no* supra lin. et *un* cancell.) *altri frammenti disuniti* | *fra loro* | *5. Extrema Capita Evangelii S. Matthaei* | *6. Fragmenta libri Ezechielis ex capite XXVII. et sequentib*(us) | *7. Epistola Apae Isaiae ad fratrem Monachum* | *8. Fragmenta ex libro II. Regum* | *etc. etc. etc.* | *Zibaldone, in cui il Tuki confusamente copiò molti frammenti dei codici Saidici* (*del* cancell.) *Borgia*|*ni. Alla cattiva scrittura del Tuki si aggiunge la sua poca esperienza del dialetto Saidico: e per ciò* | *niuno si fidi di q*(uest)*a copia*. Vac. ff. 6r-14v, 19r.v, 21r.v, 62r.v, 65r.v, 68r-69v, 71r.v, 72v-73v, 82v-83v, 87r.v, 88v, 99v-101v, 121r-123v, 130v-131v, 140r-143v, 148r.v, 150v-152v, 154v, 155v-157v, 160r-161v, 164v, 165v-168v, 170v, 171v, 172v-175v, 183v, 190v-191v, 205r-206v. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide occurrit in ff. 1, 102 et 204v.

Integumentum e corio castaneo tineis vitiato praebet in dorso titulum *TUKI* | *MSS.* | *COPTI* | *NUM. 66.* ornamento inclusum, auro impressum; imo in dorso schedula detrita vestigia servat notae *J-IV-5.* Acies foliorum pigmentis rubro et viridi conspersa est.

56 (olim J-IV-6). Saec. XVIII med., chart., mm. 253 × 186, ff. 511, linn. 14-33.

Pentateuchi pars posterior e cod. Vat. copt. 1 cum notis marginalibus a Raphaele Tuki descripta, bohairice et arabice.

1 (ff. 2-202v) Leviticus (Vat. copt. 1, ff. 121v-166).

2 (ff. 203-381v) Numeri (Vat. 1, ff. 166v-225).

3 (ff. 382-506) Deuteronomium (Vat. 1, ff. 225v-275v). In f. 506v, legitur nota arabica ut in praedicto codice f. 276. Nonnullis in plagulis emendationes textus manu Agapii Bšay; item notae romanae capitum latinorum in mgg. appositae.

Codex sat nitide scriptus caret omni foliorum et fasciculorum nota primigenia. In librarii subscriptione quam post Leviticum (f. 202v) e cod. Vat. 1, f. 166, descripsit, nomini librarii ⲥⲟⲗⲟⲙⲱⲛ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ suffecit Tuki vocem ⲛⲓⲙ « quidam ». Folia haud pauca, atramento chartam corrodente, friabilia evadunt. F. 1, antiqua nota *3. Copht.* et inscriptio *MSS. COPTI* | *DI* | *MONSIG. TUKI* | *NUM. I.* | *Alunno di Propaganda Fide*; in summo laterculo anteriore interno schedula cum inscriptione *J-IV-6.* Vac. ff. 1v, 213r, 322r, 392r, 507r-511v. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide in ff. 2, 285, 506v.

Integumentum e corio castaneo tineis vitiato exhibet in summo dorso notam *3* atramento exaratam; in imo dorso schedula detrita vestigia servans notae *J-IV-6.* Acies foliorum ut in cod. praecedenti.

57 (olim J-IV-7). Ann. 1750 et 1756 (cf. ff. 503v et 385), chart., mm. 250 × 180, ff. 511, linn. 16-36.

Evangelia et Actus apostolorum, bohairice et arabice, a Raphaele Tuki descripta e codd. Vat. copt. 9 et Vat. copt. 14.

1 (ff. 2-385) Evangelia quattuor cum Eusebii epistola et canonibus necnon prologis et capitulis. [1] (ff. 2-14) Eusebii epistola ad Carpianum et canones (Vat. copt. 9, ff. 2-14); [2] (ff. 15-161) evang. secundum Matthaeum praemissis prologis duobus, capitulis et prooemio (Vat. 9, ff. 15-140^{v}); [3] (ff. 162-228^{v}) evang. secundum Marcum praemissis prologis duobus et capitulis (Vat. 9, ff. 142-229^{v}); [4] (ff. 229-321^{v}) evang. secundum Lucam praemissis prologis duobus et capitulis (Vat. 9, ff. 231-384^{v}); [5] (ff. 322-385) evang. secundum Iohannem, praemissis prologis duobus et capitulis (Vat. 9, ff. 385^{v}-504).

2 (ff. 390-503^{v}) Actus apostolorum (Vat. copt. 14, ff. 253^{v}-350^{v}).

Ductus scripturae sat nitidus. Ut in cod. Vat. copt. 14, translatio arabica Actuum apostolorum exarata est inter copticas lineas. Fasciculi sunt unus et quinquaginta, omnes quiniones praeter trigesimum nonum, quaternionem, et quadragesimum primum, senionem, quos manus ignota signavit pro glutinatoris commodo in ang. sup. ext. primae plagulae notis, quas arabicas vocant, *1-48* plerumque cultro resectis (iterantur notae *41* [ff. 422 et 432], et, ut videtur, *17* et *32* in ff. 172 et 332).

Subscriptiones librarii: f. 385, كملت الاربعة الاناجيل | المقدسة فى ‾كا‾ ايلول | سنة ١٧٥٦ مسيحية « Absoluta sunt quattuor evangelia sancta (die) 21 (mensis) aylūl anni christiani 1756 »; f. 503^{v}, post subscriptionem cod. Vat. 14, litteris ultimae lineae partim resectis, وهذه النسخة كملت فى ٢٠ اذار سنة | مسيحية ١٧٥٠ اى فى السنة المقدسة فى السنة ١٠ من رياسة بابا | باناديكتوس ... « Hoc exemplum absolutum est (die) 20 (mensis) aḏār anni christiani 1750, id est in anno sancto, in anno decimo pontificatus Benedicti [XIV] ... ». F. 1^{r} nota antiqua *2. Copht.* et inscriptio *MSS. COPTI DI | MONSIG. TUKI | NUM. III. | Alunno di Prop*(aganda) *Fide*; in summo laterculo anteriore interno, in schedula: *J-IV-7*. Vac. ff. 1^{v}, 14^{v}, 19^{r}-21^{v}, 161^{v}, 166^{v}, 174^{r}, 323^{v}, 385^{v}-389^{v}, 504^{r}-511^{v}. Sigillum s. Congr. de propaganda Fide in ff. 2, 299 et 503^{v}.

Integumentum e corio rubro lineas praebet in operculis et dorso auro impressas. Antiqua nota *2* atramento scripta est in summo dorso, cui saec. XIX successit num. *42* in imo dorso schedula detrita cum inscriptione *J-IV-*[*7*]. Acies foliorum flava.

58 (olim J-IV-8). Saec. XVIII post med., chart., mm. 233 × 185, ff. 469.

Liturgica.

1. Ff. 2-337.

Missale a Raphaele Tuki Romae a. D. 1766 typis exscriptum sub titulo ⲡⲓϫⲱⲙ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓϣⲟⲙⲧ ⲛ̀ⲁⲛⲁⲫⲟⲣⲁ ⲉ̀ⲧⲉⲛⲁⲓⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲅⲣⲏⲅⲟⲣⲓⲟⲥ ⲡⲓⲑⲉⲟⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛⲉⲙⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲕⲩⲣⲓⲗⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙⲛⲓⲕⲉⲉⲩⲭⲏ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ.

2. Ff. 338-469, linn. 15-22.

